



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus

Crombecius, Johannes

Avdomari, 1618

Statio Tertia. Moysis In Montem Ascendentis. Via vnitiva, seu de
contemplatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38133

perfr
us homi
us celi et
li; quod
reant a
c bruta,
es suos.
n Beatis
Iosepho
ntes de
& post
ant.
ous, aē
orutis
de-
vi-
li-
LIB

LIBER

TERTIUS.

DE ORATIONE

SIVE CONTEM-
PLATIONE.

NVI
446

LIBER
TERTIUS
DE ORATIONE



STATIO TER-
TIA MOYSIS IN
MONTEM ASCEN-
DENTIS.

Via vnitiua, seu de Contemplatione.

TEXTVS DECIMVSSEPTIMVS.

*Septimo autem die, vocavit eum de medio
caliginis.*

Andem aliquando ad montis
verticem nostra perveniet o-
ratio. Utinā & nos cum Moyse
Dei presentia ac consortio
perfruamur. Vocavit Moysen Dō-
minus de medio caliginis; sed die
septimo. Sex integris diebus in medio heret
caliginis, expectans Dei mandatum, vocē-
que

que ad se invitantis. Felix quem Dominus dignatur post duros huius corporis labores, post animi desolationes, post multa anhelantis, ad intimam cum Deo unionem animi suspiria ad montis verticem, ad iucundissimam conversationem invitare. Felices & illi, qui in caligine illa perturbationum, patienter Dominum sustinere possunt, & expectare invitantis gratissimam vocem. Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo, consolationes tua (ait David) letificaverunt animam meam. Et idem Dominus pro longanimitate & patientia, mensura solationum animos nostros complebit: quando divina bonitas visitationis suae nos gratia dignabitur, meritoque dicere quisque poterit. *Expectavi Dominum & intendit mihi, & exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae & de luto facis, & statuit supra petram pedes meos.*

Psal. 93.
19.

Psal. 39.
3.

NVM
 216

SECTIO PRIMA.

De die septima & ultima rupe, atque impedimentis contemplationis superandis.

2. **E**gimus hactenus de orationis mentalis infimo gradu, nempe de meditatione & medijs eius assequenda. Nunc de contemplatione agendum, deque eius impedimentis, & quibus rationibus ea superari valeant, hoc

hoc enim monte, nobis contemplationem designari, testis est Beatus Gregorius exponens illa verba Exodi 24. *Quia Moyses ascendit & Dominus descendit in montem. Mons, inquit, est ipsa nostra contemplatio, in quam nos ascendimus, ut ad ea que ultra infirmitatem nostram sunt, videnda sublevemur. Sed in hanc Dominus descendit; quia nobis multum proficientibus, parum de se aliquid sensibus nostris aperit.*

3. Alius est hic gradus. Et licet à medio caliginis vocemur, non tamen illicò, vel in lumine, vel in vertice montis invenimur. Opus est gradiendi labore, & periculum eò manus, quò in montis altiore parte versamur. Quanta iactura cù Sisypho revolvi, cum saxum ad montis verticem deduxit? Quanto detrimento post labores tot annorum in vita spiritali decursorum ad pristina remergi, sine spe & animo eandem viam iterandi. Et licet Dominus diei septimo benedixerit, & sanctificarit, requieveritque ab universo opere: quod & nobis futurum speramus, ubi ad verticem montis pervenerimus: nihilominus complexisse dicitur *Dominus Deus opus suum Gen. 2. 2* quod fecerat. Nec dubium quin fuerit aliquid vesperè, antequam dies quietis illucesceret, similiter & Moyses vocatus est die septimo de medio caliginis, ergo & illo die adhuc latuit in caligine; ergo illo die ascendit; sed pervenit. Et nos igitur caliginem deseramus.

mus, à noctis tenebris recedamus, animi
 magnos ad superandam rupem extremam
 assumamus. A lapsu caveamus. Et ut con-
 templationis verticem attingamus, omni con-
 tentione mentis enitiamur. Petamus ab ijs,
 qui eò pervenerunt, qui scopuli, quæ præ-

Serm. 5. *præ-* *præ-*
de asu. *tria* nobis vitanda sint? Beatus Bernardus
 tria nobis vitanda proponit. Tria, inquit,

B. Virg. *sunt,* *qua* oculum intelligentia confundunt atque
 contemplatione veri luminis excludunt. Tenebra
 scilicet peccatorum; recordatio eorandem peccato-
 rum; cura terrenorum actuum. Primo illo se tur-

Scopuli
contem- *batum* plangebat propheta cum diceret. Dereliqui
platione *me* virtus mea, & lumen oculorum meorum & *impedie*
tes. *sum* non est mecum: cum enim luce iustitia desip-
 tuimur, nihil aliud quam peccatorum nostrorum tene-
 bras invenimus. Item secundo se gravari sentie-

Psal. 37. *bat,* *cum* dicebat. *Conversus* sum in autumnum me-
 dum configitur spina: peccatorum scilicet recordatio.

11. *Tertio* occupari se conqueritur, cum dicit; quia
 nerem tanquam panem manducabam, cinerem pro
 licet actionis pro pane contemplationis.

Serm. 234. *Alium* scopulum ponit idem S. Doct.
in Cant. corporis invaletudinem. Quæ animi quoque
 constantiam labefactare, atque inquietam
 solet reddere. In hoc arcanum, inquit, & in hoc
 sanctuarium Dei, nempe contemplationis
 quem forte vestrum aliqua hora, & sic abscondit
 tingerit; ut minime avolet aut perturbet, vel
 egens (ut in agro) vel cura pungens vel cura

ardens: vbi duplicem tangit ægritudinem corporis scilicet & animi.

Addit & quintum scopulum, nempe irruentium cogitationum ac phantasmatum molem. Subiungit ergo, *vel ea certè qua difficilius amoveantur, irruentium imaginum corporearum phantasmata, poterit quidem hic cum redierit ad nos, gloriari & dicere; introduxit me rex in cubiculum suum.* Cavendum ergò nobis est, ne accedentes ad illud sacrarium, occasionem demus hisce muscarum velitationibus ac strepitibus; cum enim, ait S. Gregorius, *se mens ad orationis studium erexerit, earum rerum imagines reverberata patitur, quibus libenter otiosa premebatur.* Denique Beatus Thomas Aquinas à perturbationibus tanquam scopulis perniciosissimis nobis recedendum esse denuntiat. Duo sunt, ait, *qua impediunt actum contemplationis. Vehementia passionum per quam abstrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia; & tumultus exteriores occupationum. hæc enim duo animam ipsam occupant & à rerum divinarum commentatione præpediunt.*

SECTIO SECUNDA.

De sex aliis quibus anima in montis verticem seu contemplationem transmittitur.

1. **A**scensus hic arduus est, & nominatim qui maximè vicinus est, su-

Aa

Lib. 10.
moral.
c. 17.
2.2. qua.
18. art. 2.

Ala. 6.

Supremo vertici. Est enim vita contempla-
 tiva vertex perfectionis, quæ in hac vita ha-
 beri potest, & ut eò transvoletur, alis bene
 extensis ac expeditis opus est. Prima ergo
 ratio, seu præsidium eò perveniendi, est ex-
 ercitatio circa studium virtutis, quod du-
 plici capite constat: destructione nempe
 vitiorum, & virtutum incremento. De quibus

Ala 1. *Scientia.* *Coll. 14.* *cap. 2.* *3.* *Ala. in duobus consistit.*
 bus Cassianus in hæc verba. *Quisquis ad Theo-*
oreticen voluerit pervenire, necesse est ut omni studio
atque virtute, actualem primum scientiam consequatur. *Hæc autem actualis perfectio duplici ratione*
subsistit: nam primus eius modus est, ut omnium
in natura vitiorum, & curationis ratio cognoscatur.
Secundus ut ita discernatur ordo virtutum, earumque
que perfectione mens nostra formetur, ut illis iam
non velut coacta & quasi violento imperio subiecta
famuletur; sed tamquam naturali bono delectetur,
atque pascatur; & arduam illam atque angustam
viam cum oblectatione conscendat. Magnus ille
gradus & volatus est; & qui eò pervenit, ut

Ala. 2. *cordis munditia* *Lib. 7.* *stroma.*
 cum facilitate, vitia & delectationes detestetur;
 virtutes verò, quasi naturali propensione
 ne exerceat, quasi alas geminas nactus est,
 quibus celerrimè ad cacumen montis, seu cõ-
 templationem perveniat.

Math. c. 2. *5. lib* *de consi-* *deram in* *sine.*
 Altera ala est munditia cordis, quam Cle-
 mens Alexandrinus, imò Christus Domi-
 nus prærequirit: *Beati, inquit, mundo corde*
deram in quoniam ipsi Deum videbunt. Vnde Beatus Ber-
nat.

ardus. Prima, inquit, & maxima contemplatio est admiratio majestatis: hæc requirit cor purgatū, vt à vitijs liberum atque exoneratum peccatis, facile se ad superna leuet: interdum quoque vel per aliquas morulas, stupore & ecstasi suspensum teneat admirantem.

3. Ala tertia sunt exempla sanctorum, quæ vim maximam habent, ad impellendum; ac studiosis contemplationis miros aculeos subiiciunt. Vnde Beatus Gregorius ad eorum nos imitationem excitans, non solūm, inquit, alta sanctæ ecclesiæ membra, quæ prominent, habent contemplationis gratiam; sed plerumque hoc donum etiā illa membra percipiunt, quæ et si per desiderium ad summa emicant, tamen adhuc per officium in imis iacent. Beatus Antonius, adhuc in imis iacebat; at in desiderijs ad summa emicabat, vt res ipsa postmodum docuit. Primūm enim vt ad Anachoreticæ, ac contemplatiuæ vitæ perfectionem brevi perveniret, adhuc adolescens omnium eremitarum, quos laude aliqua virtutis præstare audierat, cellas obibat, & instar apiculæ prudentissimæ, variarum virtutum roscida mella colligebat, auctore Athanasio. Quare merito Beatus Gregorius concludit. Sic in contemplationem nostram, ait, multa cogitationibus nostris circumueñdo proficimus: sicut exempla bonorū sæpè quarimus, vt in omnibus proficiamus. Et præsertim, vt ab ijs discamus rationem cum Deo conversandi; fervorem

Ala 3.
exempla
sanctorū.
Hom. 18.

Apud Su-
rium to-
mo prim.
Janu. 17.

A a 3 corū

eorum considerantes, & ab omnibus quæ Deo aliena sunt, & in minimo alas istas, velut glutino compingere possent, abhorrentium imitantes.

Ala 4.
Secessus
à negotijs.

4. Ala quarta. secessus ac fuga rerum & negotiorum, contemptus curæ nimie circa corpus, & vitæ necessaria. Sicut enim huiusmodi impedimenta vehementer onerant, & agglutinant alas, ita etiam excussio eorum liberum animum relinquit, ut expedite ad montem contemplationis evolare liceat.

in constitut. monast. 2.

Hoc argumentum copiosè tractat Sanctus Basilius. *Quod si mavis* (inquit) *Magdalenam imitari, quæ spreto corporis obsequio, aliis ad rerum divinarum contemplationem ascendit, legitime est ut par est verè negotium tractato, corporis curam abijcitur, agricolationem abijcitur, apparatus etiam epularum & obsoniorum aspernator, & ad Domini pedes assideto, & quæ ille dicat, auscultato, ut aværorum divinitatis particeps efficiare.* Hæc Basilius.

Ala 5.
Oratio
in cant.
serm. 57.

5. Ala quinta. Magnum ad contemplationis consecutionem præsidium putat Sanctus Bernardus, si eidem orationis studium adhibeamus, quo à Deo tam præclarum munus & obtineamus, & paratiores ad illam accedamus. Idem statuit Richardus à S. Victore, sine triplici, ait, studio ad huius cognitionis celsitudinem non perducimur. Per studium operis, per studium meditationis, per studium orationis. *Multa enim*

In Benjamin
minores
parop. 1.
cap. 79.

enim experimur operando, multa invenimus inves-
tigando, multa extorquemus orando. Innumera si-
quidem, quae nec per experientiam operis, nec per
investigationem rationis, invenire valemus, per im-
portunitatem orationis edoceri meremur.

6. Ala sexta. Ut se totum rebus divinis tra-
dat, & commodet, atque in Deum spem om-
nem suam, ac desideria transferat. Quod ele-
ganter ac disertè explicat Sanctus Prosper
libro quem scripsit de vita contemplativa:
vita, inquit, contemplativa sectator, ad conditorem
suum illuminandus accedat; ipsi contemplando at-
que insatiabiliter persfruendo, vigilanter inserviat;
ipsum iugiter concupiscat; pro amore eius omnia,
quibus inde potest averti, refugiat; omnes cogitati-
ones suas ac totam spem, ex illius delectatione sus-
pendat. Litterarum divinarum sacris meditatio-
nibus insistat. Et cum hæc & his similia cōtemplativa
vita desiderio affectus impleverit, non se hic iam esse
parte omni perfectum, sed perficiendum in illa vi-
ta qua futura est immobiliter credat; atque ad eā-
dem se, ubi Dei substantiam revelata facie videre
possit, extendat.

Ala 6.
Intimum
studium
rerū spiri-
tuum.
cap. 8.

Aa 3

SEC

SECTIO TERTIA.

INDUSTRIAE QUATVOR.

*De quatuor gradibus septimæ rupis superan-
dis, & accessu ad montis verticem.*

Gradus 1. **E**Xigua nobis scala superest, ex qua
ultima montis verticem non modò prospici-
scala. mus, sed propemodum videmus ac tene-
Lectio spi mus. Primus scilicet huius gradus seu indivi-
ritualis. tria est, studiosa rerum divinarum lectio. Hec
enim excitat pietatem, fovet conceptum fer-
vorem, illustrat mentem, meditationi segete
copiosam parat, & mensam spirituales sapi-
dis epulis instruit. Sancti Prosperi hoc con-
siliū est, qui cum dixisset contempla-
tivæ vitæ cultorem oportere litterarum divi-
narum sacris meditationibus insistere, addit,
*In his se divinitus illuminatus oblectet, ibi se totum
velut in speculo refulgente, consideret; quod in-
pravum deprehenderit, corrigat; quod rectum est, im-
neat; quod deforme, componat; quod pulchrum, ex-
colat; quod sanum, servet; quod infirmum, assidua
lectione corroboret.*

Cui lec-2. Contemplationi verò lectio triplici de-
tio medi- causa præmittitur: & imprimis quidem
tationi qua de re, cum divina majestate tractare ve-
præmit- lis, ante percipias; ne Deum tentare videar
satur. re, dum imparatus accedis. Deinde ut mens
sum

tem alioquin ex se depressam non nihil subleves, & animum tepidiorem incendas. Denique spirituales appetitus excites, quo maiori affectu, divinas res apprehendas, ijs perscrutare, & in ijs libenter immorere: si enim nobiles ut edendi desiderium excitent, summa contentione ac vehementi exercitio, horis aliquot ante mensam occupantur, venationi aut sphaeristerio operam dantes; quid ei fieri convenit, qui ad mensam divini numinis accessurus est? Quid si nauseabundus accumbat? Quid si etiam cibos aversetur? Lectio ante contemplationem, est *Simile*
 ientaculum ante mensam. Cum enim digestio coenae praeterite facta est, & verendum *accōmō*
di. m. ne si praedij tempus protrahatur, stomachus latret, & seipsum conficiat: operae pretium ducitur, ut ei aliquid porrigatur, quod eum ad refectioem pleniorē disponat; & minime se defectu alimenti consumat. Ita ante contemplationis amplissimam refectioem, pio desiderio aliquid largiendum; tum ut ipsum foveatur, tum ut pius animus ad colloquium ipsum divinissimum avidior accedat, & capacior cibum spirituales suscipiat. Prodest verò cum post has epulas sancta illa divinarum rerum lectio ac deliberatio, tum etiam omni tempore. Revocat enim in memoriam, quae contemplationis hora hauseris *Lectio*
summa tua consolatione: accenderis etiam ad fructus
ad tuos

ad novum epulum, & infatigabilem animum pascis.

*Gradus
secundus
Cogitatio
sancta.
Eius fru-
ctus.*

1.

3. Alter gradus nostræ scalæ seu industriæ secunda, est cogitatio, quæ nihil aliud est, quam masticatio rei in lectione acceptæ, & in memoria reconditæ. Magna res est, & minus difficilis quàm meditatio, vel contemplatio. Nam discursu magno caret, & indagine veritatis, & nodorum discussione ac dissolutione: etenim apprehendit res pro duritate affectu, & illas reservat, prælo meditationis frangendas. Admittit etiam interruptionem; satis enim est, si filum abruptum aut remissum, ubi licuerit, resumatur. Illud magni est momenti, si ita assueveris divina cogitare, ut ea per modum naturæ recurrant memoriæ; ut animo ea ascita revolvas; sicut huius sæculi homines mentem, vel negotia tractant vel ea quæ placent ad memoriam revocant, & in ijs cum voluptate acquiescunt.

*Simile
accom-
modum.*

Assuetudo multum valet in utramque partem. Non lædunt caput mercatores occupati a summo mane ad vespertinam numerandis nummis, aut negociando, atque adedò ne pluribus quidem diebus continuis: idque & quia grata res est, quam tractant, & quia ita assueverunt. Nobis grave est aliquanto tempore, de divinis cogitare; quod accidit aut quod et nobis in delicijs non sint, aut quia nempe quamplurimis internas aures præbere con-

suas

suevimus. ad contemplationis officium totus homo debet concurrere; sensus imprimis externi aut inanibus rerum occurrentium imaginibus excludendis; aut admittendis ijs, quæ ad vnionem cum Deo aliquid conferre possunt; imagines verò has sensuum imaginativâ, quasi sinu suo complecti, ac reservare, vt loco & tempore dapes menti avidæ subministret. Ex hac enim maximè sufficitur cogitationum copia ac seges. Denique intellectus vastissimo & quasi immenso alveo, quidquid per sensus penetravit, cõcludere, & in sese notiones altiores ac subtiliores efformare, vt cum propheta dicere possit: *delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo, & cū S. Augustino. Tu Domine fecisti ea, qui pulcher es. pulchra sunt enim: qui bonus es; bona sunt enim: qui es, sunt enim. Nec ita pulchra sunt, nec ita bona sunt, nec ita sunt; sicut tu, conditor eorum, cui comparata, nec pulchra sūt, nec bona sunt, nec sunt. Scimus hac; gratia tibi. Et scientia nostra scientia tua comparata ignorantia est.*

4. Ex his ergo fontibus oriuntur sanctæ cogitationes cælestiaque desideria. Sed hæc omnia ab interno præside, Spiritu nempe sancto, ac præferuido, sine quo inania sunt omnia, præmanare ac dirigi debent. Sicut enim ex-
 ercitus, dissipatis militibus singulis, confusi-
 onem parit; sed à duce in vnum collectus,

3.
Officium
sensuum
externo-
rum.

4.
Imagin-
tiva.

5.
Intellec-
tus.

Psal. 91.

5.

Lib. II.

conf. 6.4.

Simile
accom-
modum

A a 5

robus

robur incredibile continet; sic cogitationes solute, si sibi ipsis relinquuntur, hominem mutant in simiam, & sine spiritu dirigente ac moderante, spiritualis esse desinit. Et cogitationes ascendunt in corda nostra. Unde? ex alto ac face huius mundi elevate, & à calore libidinis. Quæ vero à spiritu interno asciscuntur, è cælo descendunt, crescunt ac multiplicantur crescente sole ad diem usque perfectum.

Luc. 24. 38.

3. Gradus.

Meditationis excellentia.

Similia.

5. Hæ cogitationes, fomenta sunt meditationum, & contemplationi summo sunt adiumento. Tertius scalæ supremæ gradus seu industria, meditatio est, quæ longis excedit cogitationem intervallis. Est enim meditatio contemplationis parens, eamque ordinariè generat. Et in hunc finem instituitur, ut conceptus ignis accendatur, & contemplationis incendium ac delicias pariat. Quare magni refert, hoc instrumento uti posse, quo etiam rudes evadunt, admodum sapientes, ac spirituales. Parvi non fiat malleus; quia & lapides ac marmora eò poliuntur. Non abijciatur lima; nam ea & ferrum levigatur, artificiosè plurima parantur. Non rideamus torcularis formam absconam: nam inde vinum exprimitur atque elicitur delicatum. Malleus est meditatio, quæ rudes animos expolit: quo & ferreæ mentes levigantur: & sub hoc prelo positi, in nostri cognitionem

præ-

primùm venimus, deinde Dei notitiã scien-
tiãque adipiscimur. Teste Basilio in dictũ illud
Moyſis: *Attēde tibi ipſi. Exacta, ait, & diligens tu-
ipſius conſideratio viam tibi præſtruet ad cognitionē
Dei. In teipſo enim tamquam mundo quodam specu-
lo, diſtincte ornato, licet exiguo contemplari licebit
eximiam conditoris tui & incomparabilem ſapienti-
am; & ex anima incorporea Deum eſſe incorporeum,
nullo circumſcriptum loco, inviſibilem.* Multa
alia ſubijcit Sanctus Doctor quibus oſtendit,
qua ratione muſtum ex hoc torculari expri-
mere oporteat.

Hom. 3.

6. Meditationis verò inſtituendæ, formæ ijs
qui ſanctiſſimo huic operi vacant, tres deli-
gi poterunt ex multis; & maximè noſtro in-
ſtituto ſerviunt. Prima materiam ſubiectam
deligit ex ſacris litteris, ſive hitoriæ eæ ſint,
ſive non. Vt ſi pſalterium ruminandum aſſu-
mas, & ex ſingulis verbis litterales primùm,
deinde myſticos ſenſus elicias. Huc referri
poſſunt proverbialia Salomonis, ſapientia eiuf-
dem, aliq̄ue libri ad ſapientiam pertinentes.

Formæ
triplicet.Ex ſacrâ
ſcriptura

Pari ratione, ſi quis hitoriã ſacram in me-
ditationem advocet, conſideret primò mē-
tem auctoris, ſpiritus ſancti ſcopum, rem
verbis illis ſubiectam; ampliffimos hic cam-
pos animo ſuo aperiet. Poſteſt hic modus nō
tantùm incipientibus ſervire, ſed etiam ma-
ximè perfectis. Primùm quidem tironibus
quia multum levat laborem materiæ inveni-
ende

Huius v-
tilitates

ende

enda, quam copiosissimam suppeditant sacri
 codices. Deinde, quia summa varietas occur-
 rit meditati. Si enim in vno verbo, aut se-
 tentia fructum non repereris, inuenies in se-
 cundo, tertio, aut quarto. Adde nihil ita homi-
 nē spirituale reddere posse, sicut ea quæ à Spi-
 ritu sancto profecta sunt. Verum hoc mo-
 menti habet plurimum, nosque afficere su-
 mope debet, scripturam nempe illam
 certissimam & infallibilis esse veritatis, dic-
 tatā a spiritu Dei, nec subterni posse confi-
 derationi nostræ solidius fundamentum, adeo
 vt commentati semper id obseruetur, *Deus lo-
 quitur, hac porro certissima sunt; hic decipi non
 possum; res vt scribitur, fiet, & a eveniet.* Videtur
 etiā Dominus hisce litteris adiunxisse, nescio
 quem sensum, ac motionem, vt quicumque
 eas legerit vim quandam penetrantem exci-
 piat etiam imprudens: & se ante incendi se-
 tuiat, quàm se moveri cognoscat: solent sub-
 inde quidam laborare commentationis tem-
 pore somnolentiā, alij instabilitate animi &
 cogitationum inconstantia ac volubilitate.
 Textus sacræ paginæ, quem oculis tuis subij-
 cere potes, dissipatum animum cogit, & vi-
 sus mentem alligat, vt aliud non volvat, nisi
 quod oculis obiectum est. Theauri quoque
 ingentes in sacris paginis reconditi sunt. Nul-
 li conceptus aliunde ditiores, nulla doctrina
 moralis solidior, nulla sapidior, nulla effica-
 cior

NM

216

cius per movendis animis, quàm quæ à Spiritu sancto concepta & dictata est, atque adeo, ut etiã præfecti hic hæerere, & in ramis huius amplissima arboris, tanquam bonæ aves cæli nidus suos condere valeant. Itaque totum novum testamentum, vita Christi Domini, Apostolorum acta, atque epistolæ, huic muneris copiosissima argumeta suppeditant. Nec excludo veteres historias à Moyse & alijs cõscriptas: nam ab eodem spiritu profectæ eodem effectus, fructusque progignunt.

7. Alius meditandi modus per discursus agitur: quo se quis nullis verbis alligat; sed delectatã ac paratã subjectã materiã, & in plura membra (si ita videtur) distributã, ad cõmõtandum accedit, præmissãque oratione, ac conciliato Deo, quem sibi præsentem constituet, excurrat per diversas circumstantias personarum, rerum, temporum, locorum, adhibito etiam sensuum velut quodã usu, ac si res ipsas videret, tangeret, gustaret, odoraretur; hunc audiret differentem; ad sese modò; modò ad Deum, orationem convertens. Quod si quæ difficultas in attentione comparanda occurrat, magno animo ac generoso eam excutiet. Si in re, quam habet præ manibus, nodus oriatur, adhibito calculo, ratione ac iudicio, illum expediet. Si in resolutione capienda, lumine cælesti opus sit, impetrare nitetur. Si de se victoriam quærat, ac rebel

2.
Meditandi modus

rebellem vel carnem, vel mentem subijcere opus sit: cum rationibus, tum fervore animi feram illam belluam expugnare, ac eius memoria penitus delere conabitur. Hoc enim officium est meditationis, quæ cum labore veritatem inquirat & investigat, obortaque difficultates perumpit.

3.
*Meditandi
modus.*

8. Tertia formula adhuc propior est contemplationi, & exercitatorum magis propria ac familiaris; qui ob usum ac facilitatem, & maxime ob abundantiam gratiæ ac luminum, illico efferuntur, animoque sublevantur, magisque divina patiuntur, quam agunt.

*Eius facilitas
vnde oritur.*

Facilitas autem illa ex diversis causis oriri potest; atque imprimis ex frequenti cum Deo consortio, cui familiarius est colloqui, quam cum hominibus. Deinde ex singulari erga divinam maiestatem affectu innato, ac longa exercitatione comparato. Huc facit divinam bonitatem solere, cui placuerit dona

Rom. 9.

sua impertiri: nam & *cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* Nec ad hoc magna merita temper prærequirit; sed quia Dominus est, ita illi placet iuxta rationes suas æternas. Subinde tamen & via quidem ordinaria, dispositiones ac cooperationem nostram considerat, & votis nostris ac conatibus respondet: pro studij nostri, si non præcisè mensura (nā plus semper tribuit, quam mereamur) certe pro fervore ac conatu; quo incitationibus
eius

eius respondemus. Et quamvis dona naturalia, intra limites supernaturalium non comprehendantur; nihilominus singulare præsidium est habere aptam, ac rebus divinis concipiendis ac pertractandis idoneam naturam, eamque sedatam, complexionem sanguineam, ingenium capax, & illustre iudicium, sanitatem opportunam, quæ labores sustineat, & continuationem ferat: genium item flexibile ad divinos amores, & cælestem ignem concipiendum; animum teneriorem quibusdam motibus excitandis; quales sunt qui ad compassionem, amorem, admirationem, lacrymarum inabres provocant, & ad nutum divina bonitas talē animā inflectere, subigere, erigere, deprimere, prout voluerit possit.

*Quam
profint do
na natu-
ralia.*

9. Hæc naturalia sunt, sed gratiæ subserviunt, & sine quibus cælestia dona non raro irrita cadunt; quid enim egeris, cum stipite & incodito cerebro, cum stupido ac rustico ingenio? cum moroso, acerbo, duro, pervicaci homine: im firmo item ac languido corpore, cui & vires & spiritus desunt?

10. Non sequitur tamen eos, qui præclaris illis naturæ dotibus præditi sunt, meritis, ampliori que gratia præstare. Imò sæpè expoliti sunt illusionibus. Non enim omnes lacrymæ à spiritu sancto proveniunt; non omnes fervores; non omnes alti conceptus è cælis manant: memores simus An-
gelum

gelum tenebrarum se transfigurare solitum
 in Angelum lucis, & à nobis multa exoritur,
 quæ cælitus provenire falsò arbitramur. Nilominus
 ubi iudicium solidum, ingenium capax & quietum,
 complexio idonea; illic longè facilius dona illa cælestia locum
 veniunt, quàm ubi ex deteriore complexione,
 impedimèta virtutum quamplurima adversantur.
 Ex his tribus meditandi modis, quibusque
 illum sibi desumet, quem maxime opportunum
 iudicabit, nisi malit pro varietate occasionum,
 modò hunc, modò illum usurpare.

4. **Gradus.** II. Quartus & ultimus supremæ scalæ gradus,
 qui nos in vertice montis constituit, est
 Lib. de cōtemplatio; de qua ita loquitur Sanctus Augustinus.
 spiritu. anima nostra cum vult intelligere, vel
 & ani- divina, vel Deum, vel se ipsam, suasque considerare
 ma cap. virtutes, abstrahit se ab omnibus corporis sensibus,
 32. quibus non adiuvatur, nisi ad corporeas formas, coloresque
 sentiendos, & spiritu ac ratione se conspiciat; meditatione ac
 contemplatione ad Deum ascendit: Deus verò revelatione,
 atque divina inspiratione ad eam descendit: meditatio siquidem
 est occultæ veritatis studiosa investigatio. Contemplatio
 perspicuæ veritatis iucunda admiratio. Illam namque divina
 illuminat revelatio, ut veritatem cognoscatur; istam verò
 divina inspiratio inflammatur; ut eam diligat: corpus autem
 sensu & imaginatione ad spiritum ascendit. Hæc Augustinus.
 Quibus verbis S. Doctor declarat, sensus ex-

ternos

ternos, etiam subservire contemplationi, si interea vel cessent à functionibus suis; vel visum corporalium specierum tantisper excludant, & cum imaginatione ascendant ad spiritum; opus tamen esse, ut Deus inspiratione & revelatione descendat ad animam in Dei occursum assurgentem.

12. Richardus à Sancto Victore definit quid *Contemplatio* sit contemplatio in hæc verba. Est, inquit, *platio perspicax & liber animi contuitus in res prospiciē- quid- das, vsquequaque diffusus. Meditatio verò est stu- Lib. 1. diosa mentis intentio, circa aliquid investigandum de contē- diligenter insistens. Cogitatio autem est improvidus pla. p. 1. animi respectus ad evagationem pronus. Differen- c. 4. tiam verò inter tres illas actiones ita exprimit. Multum à se invicem hæc tria in modo differunt, quamvis quandoque in materia convenient. Cogitatio per devia quaque, lento pede, sine respectu perventionis, passim huc illucque vagatur: meditatio per ardua sæpè & aspera, ad directionis finē, cum magna animi industria nititur. Contemplatio libero volatu, quocumque eam fert impetus, miragilitate circumfertur. Cogitatio serpit, meditatio incedit, & (ut multum) currit. Contemplatio autem omnia circumvolat, & cum voluerit, se in summis librat. Cogitatio est sine labore, cum fructu. In cogitatione evagatio; in meditatione investigatio; in contemplatione admiratio. Ex imaginatione cogitatio; ex ratione meditatio: ex intelligentia contemplatio. Intelligentia obtinet supremum locum:*

B b

img

imaginatio infimum: ratio medium.

*Natura
contem-
plationis
explica-
tur.*

13. Ex quibus pane tota contemplationis natura ac principia deduci possunt. Est enim mediatio contemplationis origo ac parens. Sicut ex igniario, ilicis ac ferri seu chalybis percussione mutua, scintilla elicitur, quæ si in fomitem idoneum incidat, illum corrumpit ac pervadit, & ex eo lumen, ignis, flama concipitur; quæ vasta ædificia, vrbeique (si res ita ferat) populatur: sic & mediatio igniarii officium egregie sustinet; nam & cor nostrum ferreum est, & Christus lapis angularis lapis de monte excisus. Meditatio hæc duo

Psal. 38. inter se, dum collidit, excitat ignem. Et in *meditatione mea*, ait David, *exardescet ignis*. Hinc flamma, hinc incendium totius hominis, & facultatum eius. Sicque meditatio, quæ laborem, & quasi concussionem continebat, deinceps in contemplationem assurgit. Labor aufugit, delectatio succedit: lumen accrescit, & sol ad perfectum diem adducit.

14. Idem contigit Moyse, dum esset in deserto, in quo aquæ desiderabantur. Sollicitus enim hoc remedium à Deo habuit, ut virga rupem percuteret. *Percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrētes inundaverunt.* Ita fit in anima nostra, dum arida manet. Sicut terra sine aqua, aqua in qua gratiæ celestis. Virga Moyse, Christi Iesu crucem designat. Rupes est animus noster, duræ cervicis & cordis incur-

Psal. 77.
20

circumcisi. Percute virga petram : meditare dolores Servatoris. Haud dubie elicies aquas & torrentes lacrymarum ac consolationum exorientur. Et in amplissimum contemplationis campum, habens irriguum superius in anima ; & inferius in corpore penetrabis.

Sicque educes mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Quid dulcius melle ? Quid salubrius oleo ? Quod lucet, pascit, & vngit ? Hi enim fructus sunt contemplationis. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo ! Et quam magna multitudo dulcedinis tue, quam abscondisti timentibus te ! Hoc mel exprimitur in meditatione, gustatur in contemplatione.

Deut. 32.

13.

Psal. 118.

103.

Psal. 39.

20.

In qua mens sitibunda & lumine ampliori, & delicijs lautioribus, & vntione copiosiore, quam in meditatione cumulatur.

15. Gedeonis vellus cum tota nocte iacuillet, mane inventum est rore plenum, ac madidum. Et anima nostra dum tribulationis nocte, magna humilitate, ac patientia prostrata, Dei opem implorat, ei benignissimus Dominus rorem cælitus demittit, & eandem aridam imbuit pietatis ac religionis spiritu, qui contemplationis palatium splendidissimum aperit, & quæ post tenebras, lucem speraverat, in admirabile lumen Dei ingreditur, pascitur, vngitur, & voluptatis, non dicam rore, sed torrente perfunditur.

16. Petrus cum tota nocte laborasset, frustra

B b 2

conna

conatus pisces capere; audito tamen Christi
 Servatoris monito post hanc querelam. Pe
Luc. 5.5. totam, noctem laborantes nihil cœpimus. In verbo
 (inquit) tuo laxabo rete. Tota nocte meditan
 tes, absente gratia Servatoris, nihil capimus,
 quamvis omnes animi nervos contēdamus.
 Tandem aliquando venit verbum, & verbo
 bonum & suave, cuius virtute infinitam
 piscium multitudinem capimus. In fluminem
 nempe impetu, qui latificat civitatem De
 multi, rarique pisces natant, desideria nimirum
 animas ad Creatoris sui gremii in red
 cendi: sed hæc maximè contemplationis luce
 capiuntur.

17. Denique uti sol, dum nubilo, eius
 dii involvuntur, vi sua nubem discutit et
 sternit; ea verò prostrata & terre incumben
 te, in aëre dominatur, mundumque recreat.
 Ita & iustitiæ sol, initio meditationis, dum
 nubem inter se, mentemque nostram inve
 nit, sensim dissipat ac prosternit: tum demum
 mens radijs ac serenitate fruitur optatis, quæ
 rumque aërem hauriens planè reficitur, &
 quasi hoste prostrato lætitiæ gestiens, in no
 vam quodammodo vitam ingreditur. Hæc vi
 ta contemplationi propria est; quæ nubibus
 dissipatis, solis lumine ac calore perfruitur.

TEXTVS DECIMVSOCTAVVS

Erat autem species gloria Domini.

1. **S**apius Moyses in montem ascendit, idque vel ante legis promulgationē, vel etiam postea. Vt patet Exodi 19. & sequentibus. Ante legis promulgationem, que habetur exodi 20. omnis mons erat terribilis.

Totus enim mons Sinai fumabat, eo quod descenderet Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet funus ex eo, quasi de fornace. Et sonitus buccinae, paulatim accrescebat in maius & prolixius tendebatur. Moyses loquebatur & Dominus respondebat ei. Descendi que Dominus super montem Sinai in ipso montis vertice, & vocavit Moysen in cacumen eius. Verum hæc contigerunt ante legis promulgationem. Postmodum verò cum Dominus hanc monumentis perpetuis insculptam vellet, neve Indæi, quod tanta solemnitate, tantisque prodigijs denuntiatum erat, æterna oblivione contererent, voluit Dominus hoc decalogum lapidibus, digito suo insculpere. Et ut illud Moysi traderet, cum plurimis alijs mandatis; in montem rursus eundem ascivit ad se: uti continetur exodi cap. 24.

2. Species verò glorię Domini non erat adeo terribilis, sicut in ipsa promulgatione apparuit.

B b 3

parus.

paruit. Res enim hic erat cum dilectissime famulo suo, non cum populo duræ cervicis & incircūcisi cordis. Vtrum verò Dominus Deus in perſona propria loqueretur Moyſi, an per Angelum, parum ad institutum noſtrum ſpectat; nobis enim abundè ſatis eſt, Dominum Deum præſentem fuiſſe, ſecundū eſſentiam ſuam, præſentiam & potentiam per Angelos Moyſi loquutum vt plurimum. *Species vero gloria Dei erat ſplendor quidam admirabilis, quaſi ex igne promanans: quo mons Sinai in flammam redactus videbatur: illa verò potiſſimum elucebat in vertice montis, atque adeo in altum emicabat; vt plant eſſet in oculis ac conſpectu filiorum Iſrael, quibus Dominus teſtatum volebat, ſe præſentem cum Moyſe colloqui, & mandata, qua ad eos Moyſes referebat, à Deo profecta & denuntiata fuiſſe. Atque hæc de ſenſu literali.*

SECTIO PRIMA.

Contemplationem, qua quatuor potiſſimum actibus perficitur, eſſe ſpeciem, ac figuram gloria Dei.

Primus actus, qua viſio eſt, explicatur.

*Lau eò-1.
templati-
oni.*

H Actenus in nube, in caligine, in tenebris, in horribilibus verſati ſumus. Præter horrorem, difficultates, præcipitia ac ſcopulos vix quid-

quidquam prospeximus. Tandem aliquando,
 Dei beneficio, montem conscendimus, imò
 & verticem attigimus. Hinc procul, hinc te-
 nebrę, nox, caligo, rupes, precipitia, anfrac-
 tus, ac scopuli. Omnia iam clara, omnia per-
 spicua, explicata ac d lucida. Hic amanti-
 mus Domini habitabit confidenter: in eo quasi thu- *Dent. 33.12.*
 lamo, tota die morabitur, & inter humeros illius re-
 quiescet. Hic favent omnia quiescere volenti;
 in pace in idipsum dormienti. In hoc ver-
 tice, vidit Iacob scalam, & Angelos ascendentes & *Gen. 28.*
 descendentes per eam. Verè Dominus est in loco isto: *16.*
 & sane innititur Deus summę scalę, & videt
 infernè dormientem Iacob, & mittit & re-
 vocat Angelos à se descendētes, & ad se rede-
 untes: Eliphaz Themanites stetit quidam, cuius
 inquit non agnoscebam vultum; imago coram ocu- *Iob 4.16*
 lis meis, & vocem quasi aura lenis audiui. Et Iob
 ipse suspendium ait elegit anima mea; memor- *Iob 7. 15*
 que feliciū dierum, aiebat; quis mihi tribuat,
 ut sim iuxta menses pristinos secundū dies quando *Iob 29. 2.*
 Deus erat secretò mecum in tabernaculo meo! *4.*

Hunc locum optabat Rex David dicens:
 Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum & su- *Psal. 17.*
 per excelsa statuēs me. Et quis dabit mihi penas *34.*
 sicut columba, & volabo, & requiescam. Deniq; *Psal 54.*
 memor fui Dei & delectatus sum, & desecit spiritus *7.*
 meus. Et meditatus sum nocte, cum corde meo &
 exercitabar, & scopebam spiri: um meum. *Psal. 76.*
 Quia verò S. August. & alij Patres contem- *4. & 7.*

Bb 4 platio-

*Contem-
platio
quatuor
actibus
perficitur*

*Visio &
eius par-
tes.*

plationem definiunt esse perspicuae veritatis iucunda admirationem: expediet naturam huius tam admirandae virtutis, paulò latius explicare. Eius ergo natura quatuor actibus continetur: quorum duos intellectus perficit, reliqui duo à voluntate proficiscuntur. Primus actus est visio delectabilis, & labore carens. Qua in re multa occurrunt consideranda. Atque in primis ipsa facultas cognoscendi ac videndi, in qua visio fieri debet: non enim putandum est ipsam visionem esse actum Dei, cum Deus non possit per omnem suam potentiam, causam formalem supplere operationis, seu actus vitalis: implicat enim contradictionem, actum esse vitalem, & à potentia non procedere; summæ imperfectionis esset, Deum supplere per se rationem causam formalem. Non enim efficere potest, ut pariter formaliter, Dei forma albus sit; ita nec ut visio Dei, sit visio hominis. Intellectus verò humanus; gratia spoliatus, non est capax visionis huius seu contemplationis rerum divinarum; eo modo quo Christiani contemplationem accipiunt. Philosophi quidam multa de naturis rerum, multa de divinitate disputarunt, non sine gravissimis erroribus; quia lumen veritatis illis nondum illuxerat. Preclare tamen multa: quantum eis natura superpeditabat. Opus ergo est fide, quæ ab errore nos vindicet & semitam veritatis edoceat.

Hæc

Hæc tamen ad contemplationis celsitudinē non sufficit; sapientiæ lux asciscenda, quæ cū flamma caritatis fulgeat; alioquin non erit perspicuæ veritatis visio delectabilis. nam fidei lumen, etsi certum sit, obscurum tamen; & magna ex parte ad assensum, voluntatis inclinatione perficitur. Quamvis autem sapientiæ lux ordinariè opus hoc excellentissimum dirigat; tamen propter humanæ imbecillitatis infirmitatem, vires novæ cælitus adveniant necesse est, nempe nova gratia actualis, quæ fulciat labantes vires, & erigat aggravantis corporis corruptionem ac depressionem. Et hoc auxilium potissimum est, quod perspicuitatem adfert iuxta ac delectationem, seu iucundam admirationem; quæ duo B. Augustinus in definitione contemplationis requirebat. Beatus certè Gregorius disertè veritatem hanc ita exprimit: *contemplativa vita, amabilis valde dulcedo est: quæ super semetipsam, animam recipit, rapi; cælestia aperit: terrena autem debere esse contemptui ostendit; spiritualia mentis oculis patefacit; corporalia abscondit.* Quibus verbis Sanctus Doctor, non solum veritatem illam, quam asserimus, manifestavit; sed & magna ex parte affectus fructusque vitæ contemplativæ exposuit. *Visiones*

3. Illud etiam manifestum evadit; sine hac con- labore, contemplationis delicias possi- templati-
deri; non quod sine labore, ad eam perve- onis care
nia- re labore

B b 5

nia- re labore

niatur (diximus enim laborem meditationis, aditum ad contemplationis palatium parare; mortificationem quoque impedimenta remove) nam si iugum Domini suave & onus eius leve esse asseveremus: etsi iugum, pondus laboremque habeat immensum; tamen suave, leveque dicitur; eò quod illud, non tam ab homine; quam à Deo portetur. Longè magis labore carere dicendus est, qui contemplationis alis sublevatus, abundantique gratia fultus; non tam agere, quam pati divina censeatur; præsertim cum eo tempore, incredibili voluptate perfusus, doloris ac laborum omnium, inò vel corporis proprii, & sui ipsius quidem reminiscendorum nullam occasionem habere videatur.

4. Quod verò de B. Ioanne Baptista Christus Dominus asseruit, ipsum nempe esse lu-

Joan. 5. cernam ardentem & lucentem; id sanè de homine in contemplationis vertice constituto statui posse videtur. sit corpus lucernæ; sit anima candelæ basis ac receptaculum; officium contemplationis ac operatio candela est ardens & lucens in homine illo; & gratiæ adiunctæ huic sanctæ operationi lux; hominem illum splendore singulari beat, eundem calefacit, & per eum, alijs, qui toris sunt radios communicat, spargit ac diffundit.

5. Verùm non frustra lucet, non frustra calefacit, aut frustra lucem diffundit. *Movet enim*

NVI

276

nim rationibus & ijs quidem, quibus ita cō-
 tuincaris, vt lubens manus victas porrigas.
Sagitta enim potentis acuta, in corda hominū
 defixę, potenter vulnerant. *Populi sub te cadēt* Psal. 44.
 Domine: quis enim tibi resistere valeat? Fi- 6.
 unt deinde momento vno homines docti,
 & plūs proficiunt in hac schola humiles dis-
 cipuli, quàm magni Theologi in cathedris,
 plurimis annis declamantes. Illud quoque
 efficit lumen hoc, vt animum dispersum sta-
 tim colligat, & reuocet, ab omnibus rerum
 corporearum speciebus; ab affectu omnium
 creaturarum, & quidquid amoris in eis col-
 locatum erat, in vnus Dei sinum transfert,
 & recondit

6. Qui verò hac luce irradiantur, simul in-
 cenduntur amore veritatis, & vnus Dei pa-
 rentis amantissimi; *nec vllus, est, qui se abscon-* Psal. 18.
dat à calore eius. Quemadmodum enim æstivo 7.
 tempore, sol, radijs, ac calore suo terrę vis-
 cera penetrat ac humores in arborum radice *Simile ac*
 calefactos attrahit: inde traducit in truncum, *commodū*
 ramos & frondes: atque eodem succo flores
 progignit, fructusque quos sensim alit, auget,
 & conseruat, donec ad maturitatem promo-
 veat. Ita & lux ista à iustitię sole promanans,
 non tantum animum cōtemplantis illustrat,
 sed accendit, & in eum gratiæ ac virtutum
 succum adducit, quem per omnes facultates
 internas, & externas partitur; vnde virtutum
 flores

flores, viror, ac vigor constantis ac generosi animi, in verbis, in operibus, cum internis, tum externis, in totius corporis compositione, in zelo gloriae Dei promovenda elucet. Usque adeo ut lampas ista non amplius concludatur, animi cancellis, & lucernae corporis

Matth. 5. 16. rive repagulis: sed in tenebris lucet coram hominibus, & videant opera bona, & glorificent

patrem, & verum solem, qui in caelis est. Ex eodem principio sol è terre visceribus nubes elevat, quibus deinde arbores & plantas irriget, alat, & nutriat. Sol noster caelestis id officij quoque non praetermittit. *Rorate caeli*

Isa. 45. 2. desuper, & nubes pluant iustum; aperiatque terra & germinet Salvatorem. Ex consideratione enim infirmitatis nostrae, & praeteritorum delictorum, sol aeternus humores salutaris ac lacrymas è corde nostro elicit, quibus caeterae virtutes irrigentur, & crescant. Deum agnoscamus rerum omnium authorem: & proximos nostros imbre doctrinae salutaris efficaci perfundamus.

Contem- 7. Materia contemplationis varia est: rationis que imprimis in universoni dici potest, id materia omne quod argumenti loco esse potest materia subiecta. ditantibus, id ipsum esse posse ad contemplationem elevatis. Cum enim finis meditationis sit, in contemplationem assurgere consequens est, rem eandem, diverso modo tractatam, utriusque muneri subservire.

Quo

Omnis verò meditatio quatuor sibi motus
 proponit, spem nempe aut metum; dolorem
 aut gaudium: hos enim fines omnis oratio,
 aut meditatio sibi proponit. Contemplatur
 mens pia non modo beatorum felicitatem,
 excitata spe, eò perveniendi; sed etiam dā-
 natorum supplicia; horrenda Dei iudicia;
 funestos exitus mortalium, quæ omnia ho-
 minem in extasim haud rarè abripiunt. In-
 signis quoque contemplatio instituitur de
 doloribus acerbissimis, quos humani gene-
 ris causâ Servator noster perpeffus est: & ad
 hos sentiendos hortantur nos scripturæ. *Hoc Phil. 2. 5*
enim sentite in vobis, ait Apostolus, quod & in Ierem.
Christo Iesu. Et Propheta Ierem: estote quasi 48. 28.
volumba nidificans, in summo ore foraminis, in
vulneribus nimirum Servatoris. Idem Do- 1. 13
minus commendat per Ieremiam: 6 vos om- 12
nes, ait, qui transitis per viam, attendite & videte,
si est dolor, sicut dolor meus Idem Ieremias, sta-
tue tibi speculam, pone tibi amaritudinis, dirige Ierem.
tor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. Con- 31. 21.
 sideratio ergò pœnarum sæculi venturi, aut
 pœnitentiæ dolores atque amaritudines, in
 hac specula videri possunt, & à longe prospici,
 ne in eorum manus incidamus, qui nobis
 æternum exitum adferre possunt.
 8. Omnes res conditæ, in quibus earum
 conditorem agnoscimus, præclaram nobis
 assurgendi in Deum materiam exhibent, A 5.

magnitudine enim speciei & creatura, cognoscibiliter potest Creator horum videri. Et Apollolus

Rom. 1. Invisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque eius & virtus & divinitas. Atturgunt enim homines pij ex flosculi, vel pulvisculi consideratione, in divinæ Majestatis celsitudinem, & tanto quidem ardore succenduntur, ac sublevantur, ut multi à sensibus planè abripiantur, totique Deo acquiescant.

De celestibus & æternis. 9. Contemplationis materia non solum intra rerum iubilunarium considerationem concluditur: sed ad res, invisibiles assurgit, de vitæ eternitate; de beatorum spirituum gloria; de felicitate in iustitiæ præmium, bene beateque in hac peregrinatione viventibus reservata. Consideratio de Dei Optimi Maximi omnipotentia, sapientia, bonitate, immensitate: atque adeo de Trinitatis & unitatis augustissimo mysterio etiam in hac vita degentibus, latissimos contemplationis cæpos aperit; & quasi lautissimas dapes, mentiam delicijs plenam instituit & apparat. Ideo B.

Phil. 3. Apostolus: nostra, ait, conversatio in calis est. Et alibi: propter quod non desicimus (nempe in tribulationibus perferendis) non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna.

10. Illud postremò non prætermittendum

vide

Videtur, lumen illud quo animus & illustratur & accenditur, a deo internum hominem ornare, atque immutare: vt etiam diuina dispensatione in corpus redundet, ac deriuetur: gloriam quoque animæ subinde in corpore etiam mortali prodere sese, atque emicare solitam. Orante certè Christo Seruatore in monte Thabor, in solis similitudinem corpus eius sacrosanctum transformatum est, nec corpus modo, sed & vestes eius factę sunt albę sicut nix. Enimverò, nec ab historia nostra recedere necesse est. Ita enim facies Moysis è mote descendenti fulgebat, vt in eam, filij Israel intendere nequirent oculos; & cornua in fronte gestare videretur. Multi sanctorum facie fulgente visi sunt, ideoque eorum statuis & imaginibus diadema affingitur, vt appareat, gloriam animæ ad corpus ipsum, haud rarò derivari. Hęc initia sunt glorię corporalis, quam Dominus impertiturus est in die consummationis sæculorum, eaque cuiusque meritis, & maximè interni hominis tribui debet; quodque illo tempore consummabitur: ad spem nostram excitandam misericordiarum parens scintillas aliquas fidelibus amicis suis præbere nõ dignatur. Hinc Beatus Paulus nos verò omnes inquit, *revelata facie, gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur, a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritus.* Spiritus Domini

Lumen
non rarò
in corpus
redunda-
re.

Matt. 17
12.

2. Cor. 3
18.

Domini animam sanctificat, animam illu-
 trat, & suo igne succendit. Idem Spiritus cor-
 pori nostro (quod sese spiritui divino instru-
 mentum fidele præbet, ac tabernaculum pur-
 rum atque inviolabile domicilium) in die
 resurrectionis gloriam quoque impertiet
 Rom. 8. promissam. si enim Spiritus Christi habet in
 II. nobis, qui suscitavit Iesum à mortuis convivificavit
 & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem
 spiritum eius in nobis. Ab eodem spiritu, si que
 lux in corpore subinde apparet procedere
 fateamur necesse est, qui de se bene merenti-
 bus, & bene ipse mereri, & eosdem ornare
 & illustrare non dedignatur. Hanc veritatē
 in vna sanctissima virgine Deus declarare
 voluit, cui, quod Isaias quōdam adscripsit Ier-
 rosolimæ civitati aut certè gloriæ Ecclesiæ
 Christi, idē Christus attribuere dignatus est.
 D. Catharina Bononiensis cœnobij corporis
 Christi Bononiæ moderatrix, cū sedulo im-
 positæ sibi provinciæ munus obiret, & prope
 sub onere fatisceret; accedente ad corporis
 infirmitatem febris, capitis & pectoris dolo-
 ribus, sanguinis profluvio, gravi demum af-
 fecta totius corporis languore, tantum non
 occubuit. rata benignissima mater instare
 mortem, magnopere rogavit vti lectulus cui
 affixa iacebat, in medio cubiculo, vnde & à
 circumstante virginum corona commode
 videri posset, & ijs imminens mortis peri-
 culum

NVI

276

culum denuntiare, sterneretur. Omnes deinde, vt mater, benevolè compellans, ad cōcordiam in primis ; multis & gravibus verbis est adhortata. Nonnulla subiunxit quorum observatione Deo magis ac magis essent gratiosæ. macte animi : mox, inquit, ad Deū migrabo, cuius vberem gratiam & cōsolationem, me vobis impetraturam confido. Eam amantissimæ filæ cū vergere ad occasum vitæ intelligerent, ad preces confugerunt, quæ tam diuturnæ fuerunt, tot permixtæ lachrymis & gemitibus, vt cælum ipsum reclusisse quodammodo viderentur. Sacro inūcta est oleo, atque adeo omnes in ardentissimis precibus persistentes, ad eius sese parabant excessū ; cū ecce Deus, sanctarum virginum vota vilis est exaudire, & spem aliquam diuturnioris vitæ facere. rursus nec mora, putares illā ingravescēti morbo cedere: vt perparū supervictura etiam expectatissimis videretur, nempe à sensibus abalienata, in conuallem, omni eloquentia amantorem abducitur ; cuius in medio spectabatur Christus ; ei à dextris mater dilectissima adstabat ; vnde & accepit Catharina numinis hoc fuisse decretum, vt isto morbo, vivendi finem faceret, & promerita in cælo gloriâ frueretur ; sed filiarum impensissimâ observatione, quæ matris interitum non possent non moleste ferre, effectum, vt ei vita tan-

Cc

tisper

tisper prorogaretur, idque tum ad meritum
 eius amplificationem, tum ad illarum leua-
 men esse concessum. Thronus in quo Chris-
 tus residebat maximum splendorem circum-
 fundebat, cuius à tergo supernè instabat hinc
 Divus Laurentius, illinc Beatus Vincentius
 magnâ stipati Angelorum multitudine, qua
 visione hic retinebatur Catharinæ animus
 ut expleri nulla ratione posset. Ante Christi
 thronum Angelus aliquis in hæc verba lyrâ
 identidem plectebat. *Et gloria eius in te vide-
 bitur.* Putabat ipsa inter placidissimos cantus
 extremum exhalare spiritum. Verum Chris-
 tus ex porrecta dextra virginis manum ap-
 prehensens. Audi inquit filia hos cantus
 osque in animum altè demittito. *Et gloria eius
 in te videbitur.* stupore defixa præ numini
 maiestate, non habebat quod responderet.
 Tandem cum inter alia arcana non mortu-
 ram sese ea ægritudine accepisset, subito dis-
 paruere omnia: ipsa sibi restituta, sensit pri-
 stinum redire vigorem, & paucis post diebus
 sanitati, qualis ante fuerat, est reddita. Hæc
 in eius vita. Est quippe perfectio nostra & illa
 maximè quæ in congressu cum Deo summo
 pere elucet in eximio fructu ac emolumento
 proximorum, species quadam nec vulgaris
 gloria Dei, qui splendore suum & animæ cõ-
 tẽplanti communicat, & eandem gratiam in
 proximorum salutem redundare permittit.

S E C.

NVM
 376

Isa. 60.

c. 26.

fieri potest, vt Lucifer Deum videat, non tamen erit Beatus; eò quòd Deum oderit, & amare non possit. Imò maxime cruciabitur, rei, quam odit adhærescens; cùm odium longissime à se odiosa avocet.) Ita etiam contemplationis actus primus, qui in discursu intellectus consistit circa res divinas, aridus & inanis habebitur, si amor absit, qui Deum tamquam summum bonum sibi vniat, & imperio suo per intellectum tamquam præsens teneat, ac complectatur, dicatque cum sponsa

Cant. 3. 4 Tenui eum nec dimittam. Ergo hi duo actus imprimis coniungi debent, nempe cognitio & amor.

3. Hinc textus noster hanc speciem gloriae Ignis & Dei, seu contemplationem igni comparat. amoris Erat enim (inquit Moyses) species gloriae Dei, sicut ignis. Ignis lucem imprimis præferat & contemplatio hanc primo loco requirit.

Epi. 14. 2. Corporum nostrorum congruenter proprijs reficiuntur materijs, mens sola à propria semmoveatur operatione: vt enim sensus rerum sensibilium, ita & mens intelligibilium notionem & conceptum habet. Illumina, ait David, Domine tenebras meas. Hanc contemplationem studiosi a Deo apprimè requirunt. Et B. Paulus. *Illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei.*

psal. 17.

29.

2. *Corin.*

4. 6.

4. Præter lucem; ignis, calorem continet. Et ignis amoris Domini qui secundas tenet in contemplatione, planè hominem incendit.

NVI

276

dit, cor inflammat, voluntatem ardore divi-
no adurit, Deoq; plane adiungit. Sicut enim
ignis vbi ferrum inuasit aut ligna corripuit;
vnum quodammodo cum illis efficitur: ita
& animus igne charitatis succensus, in se Deū
(cuius se nutui ac voluntati penitus submit-
tit) intime admittit, & vicissim amore in
Deum colliquefcit, vt se mutuo invadere vi-
deantur.

Hinc singularis vnio inter Deum & ani-
mam nascitur, quæ veræ amicitia partes om-
nes complectatur. De quibus fule egimus
libro primo de studio perfectionis capite 32.
parag. 34. & sequentibus. Naturales vniones
cum Deo tres nonnulli constituunt. Vna est
rebus omnibus communis. Est enim Deus
omnibus rebus præsentissimus, eisq; esse suū
communicat, & illud conservat, vsque adeo,
vt si res illas desereret, aut se eis subtraheret,
tote in nihilum redigerentur. Vnio tamen
illa non est essentialis, quasi duæ naturæ esse-
tialiter essent vna, quod ne in Christo quidē
(qui Deus & homo est) locum habere po-
test. Sed res omnes condite adhærent primæ
causæ, sine qua esse, aut existere nullo mo-
do possunt. Altera vnio paulò sublimior vi-
detur, & ad vitam, & vitales actiones refer-
tur: in quibus cooperatio, ac vnio Dei vt
primæ causæ requiritur, qui non modò potē-
tiarum siue facultatum auctor est; sed & illæ

*Vnio cum
Deo tri-
plex.
Natura-
lis.*

ipsa interna hominis potentia, memoria, intellectus & voluntas ab eius conservatione, & cooperatione dependent, usque adeo, ut si rerum Conditor vices suas subtraheret, causa secunda nihil efficerent. Illis subductis ignis non adurit, aqua minimè madefacit; lapides & saxa devoluta non concutunt nec lædunt: cogitationes & imaginative in actum non exeunt. Denique in memoriam nihil venit; intellectio vacabit; voluntas, velle desinet; si primæ causæ concursus subducatur. Tertia unio est partium ac facultatum corporis; per quod corpus univèrsum, per se, sensus omnes, & principes humores, ac nobiliores partes, vis illa divina diffusa, omnia conservat, auget, movet & operanti cooperatur, tamquam suprema causa; adeo ut non tantum motibus procuratis corporis adhibet, sed & nutritioni, digestioni, accretioni, que omnia perficit intime præsens, ut auctor naturæ ad quem pertinet res conditas conservare, perficere, & ad finem suum ultimum deducere.

6. Hæ tres uniones ut nature terminos non excedunt; ita nihil etiam meriti habent, nec ordinem proximum, aut idoneum ad beatitudinem supernaturalem continent; nam communes nobis sunt cum bestiis, excepta intelligendi, ac benè agendi facultate: eiusdem quoque rationis sunt, & ex parte Dei non

mutant

mutant rationem causæ. In cunctis enim Deus se habet, vt causa productiva agens & rerum conservativa: & vt res omnes perficiat, quasi iugo trahendo sese alligat, *attingens à fine vsque ad finem fortiter & disponens omnia suaviter.*

Sap. 8 I.

7. At vniones istę elevari possunt, atque exornari; & quidem vt ab vltima ordiamur. Si animus gratia naturali sustollatur ad statum iustorum, ac filiorum Dei; operationes corporis nobilitantur virtutum actibus. Deus verò non modò cooperatur, vt auctor naturæ; sed vt gratiæ parens; sicque corpus cohonestatur præsentia spiritus sancti, eiusque templum ac instrumentum efficitur: salutes evadunt afflictiones, pœnæ, calamitates & castigationes; sponte susceptę. *Propter te, Psal. 44. ait David, mortificamur tota die, facti sumus sicut oves occisionis. Sed in omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Accedit imitatio virtutum, & perpeccionum, quas in corpore suo Christus Dominus sustinuit. Nemo mihi molestus sit, ait Paulus. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Perficitur quòque secunda vnio potentiarum, per gratiam, elevatione, & interiorum habituum munimine, item per actus internos virtutum supernaturalium & per actiones alias, ad Dei honorem & gloriam relatas. Maximè verò exornantur continuo vsu virtutum Theologicarum, quibus*

Vniones
nobilitan-
tur.

Psal. 44.

Rom. 8.

Rom. 8.

Rom. 8.

Gal. 1.6.

17.

CC4

homo

homo Deo intimè vnitur, & cum eo quodammodo coalescit. At nobilissima vnio est; qua homo se ardentissima caritate, cum Deo conglutinat, cum in vsu omnium virtutum, tum maximè in exercitio contemplationis: ex qua quæcumque internè, externeque postmodum peraguntur, virtute præstantissima illius vnionis, ad Dei amorem, honoremque ferventi spiritus divini impulsu, referuntur.

3. Ignis elementum, semper in altum asurgit, et si obstaculum inveniatur, viresque cõstetac sufficiant, evertit moles gravissimas, seque q; minimè deprimi patitur: nec cessat donec supremum locum teneat. Hoc efficit contemplatio, quæ ignis huius nutritia est, & in qua tanquã in cõtro suo requiescit; sed & homines eleuat & si in eorũ animis obicẽ inueniat; haud dubiè evertet ac prosterneat, quæcumque moles magna fuerit, modò, is non repugnet; à cuius arbitrio hæc tam nobilis victoria pendet. Hoc igne inflammata contemplatio, in suprema surgit, ascendit; & ad thronũ usque divinæ Maiestatis pervenit.

4. Hoc idem elementum vim inter cætera habet maximam, penetrat intima cuiuscumque rei, nec modò agit in rem quam tangit, sed in res remotas, quocumque nimirum eius vis & calor potest pertingere. Et ignis divinæ contemplationis cælum penetrat, Deum attingit, ex eius sinu vrendi vim surripit; inde

NVI

226

inde sublatum ignem mittit in terram, & omni conatu nititur efficere, vt ardeat, & omnes incendat. Nec tantum eos, quos alloquitur, sed & rebus gestis, scriptis, orationibus, corporis compositione, exemplis longè etiam diffitos sua flamma comburit. Orans Beata Elizabetha pro peccatore quodam obdurato *In eius* ita eum commouit, vt & corpus velut igne *vita.* incendi videretur; seque manus dare omnipotenti Deo fateretur. Sancta etiam Catharina Senensis orans pro Confessario, ita eum permouit, vt medullitus compunctus, *In eius* lacrymarum vim vberimam perfunde- *vita.* ret.

10. Ignis id habet etiam proprietatis, vt in se omnia convertat. Sanè ignis caritatis ita *S. Symbola* contemplantem in se convertit, vt quid- *&c.* quid infirmitatis humanæ est in homine, illud tollere primum, & cum in diuinum quædam statum transformare videatur. Hinc excessus nascuntur admirandi & quamplurimi in augustissimo illo exercitio; sui que subinde oblitus homunculus, ita in Deum abripitur, ac si sensus deessent, & anima separata in beatorum consortio, cum summa illa Maiestate compareret. Hinc Sanctus Bernardus. *Ser. 49. in Cant.*
Cum (ait) duo sunt contemplationis excessus; in intellectu vnus, alter in affectu; vnus in lumine, & alter in fervore; vnus in cogitatione, & alter in deuotione. Pius sanè affectus & pectus amore calens

Et sancta devotionis infusio, & vehementis spiritus repletus zelo, non planè aliunde quam è cella vinaria reportantur contemplationem cellam vinariam nominat Sanctus Abbas, eò quòd in ea multum generosum, ac potentissimum vinum bibatur, quo homo inebrietur, incalescat, & à se deficiens, non in bestiam sine sensu, sed in divinum hominem, excusso proprio, & vitioso sensu transformetur.

II. Est ergo species glorię Domini tamquã ignis. Et in hoc summa Dei gloria cõspicitur, si in misero homuncione Deus aliquid sui reperiat. Quid? Ignem: Deus ignis consumens est: Quid? Cognitionem sui & amorem. Quid præterea? Unionem singularem: quid denique? Voluntatum conformitatem. *Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra. Hæc est gloria Dei, vt non tantum in se glorificetur, cum natura sua omni gloria dignissimus sit: sed vt hominem confusione, ac damnatione dignissimum, similem sibi efficiat, & ad divinum quemdam statum attollat, atque in eo gloriam & laudem recipiat. Ex hoc summa in Deum gloria redundat.*

TEXTVS DECIMVS NONVS.

*Super verticem montis.**De tertio actu contemplationis, nempe admiratione.*

I. **E**X his duobus actibus, cognitione
 nempe & amore sequitur *admiratione*:
 etsi enim ex sola cognitione, natura sua, illam
 sequi contingat, non est tamen admiratio cō-
 templantis, quam quærimus, quæ hominem
 rapiat & delectatione perfundat. Etsi enim
 quis cognoscat dæmonem & apprehendat *Amor*
 eius naturam, quæ in se magnas habet per- *magna*
 fectiones; nihilominus, si eum vt decet ode- *admira-*
 rit, ac detestetur, cognitio illa pariet quidem *tionis ræ-*
 admirationem, sed non alliciet ad vnionem, *tio.*
 imò potius horrorem, alienationem, fugamq;
 excitabit. At res amata trahit amantem ad
 se, & generat admirationem, & eam quidem
 maiorem, suaviorem, & constantiorem. At-
 tentio, atque observatio quoque erga rem
 amatam, maior est. Quod enim diligimus
 attentè consideramus, observamus, & ad eius
 imitationem, possessionemque contendimus,
 atque adnitimur. Vxor maritum admira-
 ratur, eiusque virtutes, ac laudes. Etsi in alio
 longè ampliores emicent, & multò amplius
 sapè

sapē apprehendat quam res sit, hoc amor
 efficit: sapius enim eius dicta, factaque re-
 carrunt ac obverſantur, ea que sedula mente
 observat, & quia eius amoris magnitudine
 stimulat, nullum in mundo tormoso-
 rem, iustiore, sapientiore, sanctiore
 reputat. Et nos parentum origines, res
 gestas, & ipsos maxime extollimus, suspi-
 cimus, atque admiramur; quia ma-ora ap-
 parent facinora, ac præclare res geste, ac vir-
 tutes in eo quem diligimus, quam in eo, que
 solum cognovimus. Ita que amor in hac ad-
 miratione magnum momentum habet; pro-
 ducitque in cognitione attentionem, obser-
 vantiam, prosecutionem, possessionis ac
 unionis desiderium: rem denique, etsi ea ex-
 se parva esset, eximiam amplissimamque re-
 præsentat. Quod si illa magna, illustris, exi-
 miaque sit, eandem ut ingentem, excellen-
 tem, summamque & immensam suspicit, ac
 complectitur. Ita res agitur in actibus con-
 templationis, ubi Deus summe bonus con-
 spicitur, eo modo, vel quo status peregrinati-
 onis huius permittit, vel que divina benigni-
 tas indulgere ac elargiri supra comūne cur-
 sum dignatur. Cognitio & amor coniunctim
 res ipsas illustrent, & ad admirationem pro-
 vocant. Et quidem si vterque magnus est,
 magna erit admiratio, & quod maior, eò etiā
 admiratio amplior ac sublimior.

2. Duo autem sunt quæ admirationem in contemplatione pariunt: rerum nempe divinarum & magnitudo, & pulchritudo. Cū enim mens illustrata divinitus, res adedō sublimes iuxta ac pulchras conspicit, & quidem alio quàm solito modo, & quasi clarioribus oculis; eadem omnino novæ, & quasi fuisset ante incognitæ apparent. Hæc autem novitas admirationem excitat etiam in re, quæ magnitudine atque excellentia careret. At si nova res accidat, aut cognitionis modus, quasi novam obijciat, certe non potest, non, qui videt, admiratione extolli. Atqui res divinæ tales sunt, quales: *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.* Hinc admiratio, hinc stupor, hinc mentis excessus, hinc summa delectatio, ac voluptas, quæ in cor hominis ascendere vix possunt. Omnia namque, quæ de Deo dici ac cogitari valent, magna, ingentia, excellentia; sed & pulchra sunt. Dicit Salomon. *A magnitudine speciei creatura, cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Si creatura creature consideratione, admirationem concipiat, inde in Creatoris cognitionem & amorem veniat; quanto magis, si Creator ipse lumine quodam cælesti apprehendatur, & amoris, cognitionisque brachijs teneatur. Vnde meritò, Salomon, *cogitare, inquit, de illo sensus est consummatus, & qui vigilaverit propter illū, eum securus erit.*

Duo in
contem-
platione
admira-
tionem
pariunt.

I.
Magnitu-
do rerum
divinarum

Isa. 64. 4.
& 1. Cor.
2. 9.

Sap. 13. 2.

Sap. 6. 14.

Si

Si cogitatio sola sensum homini reddat consummatum; si illum eo loci deducat, ubi securus erit; quid erit contemplari, ac gustare, quàm suavis est Dominus, & in eius tabernaculo & protectione conversari?

Psal. 144 3. Verè magnus Dominus, & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis. Excelsior celo est &

3. quid facies? Profundior inferno & unde cognosces?

Job. 11. 8 Hæc dicit Dominus. Cælum mihi sedes est; terra

Isa. 66. 1 autem scabellum pedum meorum. Si occultabitur

Iere. 23, vir in absconditis & ego non video eum dicit Domi-

24. nus; nunquid non cælum & terram ego impleo? Dicit Dominus. Si descenderint vsque ad infernum,

Amos. 9. inde manus mea educet eos: etsi ascenderim vsque

2. ad cælum, inde attraham eos. Nec multum laborandum est, ut Deum magnum esse probe-

mus, cum cõstet immensum & infinitum esse, cælum, terramque & mille mundos alios, si

essent, & posse, & re ipsa ea quæ sunt, implere.

Magnus est, quia supremus omnium Rex; magnus

quia omnia potest; magnus quia dives;

magnus quia infinita eius sciëntia, sapiëntia, bonitas, ac fortitudo, cui nemo queat resistere.

Dei pul- 4. Pulchritudo in Deo summa, & illa est, quæ

chritudo. cælites omnes rapit in admirationem; quæ quia

videre hic nequimus, nisi in speculo & ængimate; hinc fit ut minimè suspiciamus, & in

eius amore tardius ac frigidius trãseramur.

Omnis pulchritudo creaturarum ab eo produ-

ducitur & conservatur. Quomodo verò ea

pulchra erunt, & ipse speciosus non erit?

De

NVI
416

De filio Dei dicitur *speciosus forma patris filius hominum*. Certè patris iunioris filius est. Est ergo parens summa pulchritudine præditus. Nemo dat, quod non habet: atqui *omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum*. Virtutes & sapientiam, vniversi quoque formas; species rerum omnium, compositionem ac naturam, speciosissima prædicamus; eò quod rationis immensam symmetriam rerum, atque consonam quandam harmoniam partium inter se; & velut faciem coloribus aptis distinctam non possit non probare, diligere, suspicere atque admirari. Atqui ista omnia longè perfectiora sunt in Deo, quàm in vlla re quantumcumque perfecta atque illustrataque eximie pulchra: nam vna perfectionum eius, ceteras omnes continet, tantaque singulorum attributorum varietas, varietatum omnium tanta vnitas, tantus concentus & harmonia, decens, consona, ac consentiens dispositio, vt nulla lingua, ne angelica quidem, longè minus humana infirmitas, non modò exprimere, sed ne adumbrare quidem sufficiat. Et sanè si pulchra ea corpora dicimus, quæ vel colorum varietate distincta, ex humorum temperie, sanguinisque bonitate proveniente; vel proportione membrorum, & complexionis præstantia exornata sunt: quantò magis eos spiritus perelegantes dicemus, qui & natura

Psal. 44.

3.

Iac. 1.17

COR.

corporibus superiores, & ingenijs sublimiores, & donis cælestibus eminentiores conditi sunt. Sanè cum P. Fernandes, sese Traiecti ad mosam in collegio Societatis nostræ, ad exitum ex hac vita disponderet, adfuit illi Angelus Dei, quem intuitus tanta lætitia perfusus est, vt vix seipsum caperet, ac etiam tum affirmavit, quæcumque pulchra in mundo essent, huius comparatione deformia videri. Quod si spiritus beati, qui Dei comparatione vel atomus in omni genere dici possunt, aded compositi, elegantes, ac pulchri sunt: quid erit ipse Conditor omnium, & pulchritudinis auctor? Quasi verò corporum sua sit pulchritudo, mentium autem nulla: elementorum & lapidum sua elegantia, rerum denique ceterarum sua venustas, decentia ac præstantia; virtutum verò decor & ornamentum extare possit nullum.

Christi 5. Sed non prætermittamus considerationem
pulchritudo. filij Dei, qui etsi veste huius mortalitatis, pro salute nostra circumdatus fuerit, *decorem tamen indutus est, indutus est fortitudinem & præ-*
Psal. 92. *cinxit se.* Si Deo pulchritudinem ascribimus,
6. & ipse Christus Iesus Deus est; & vnum & idem in natura cum patre: hac igitur divina pulchritudine carere non potest. At quatenus homo est, fateor vera dixisse prophetam
Isa. 53, 2. *non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus & desideravimus eum de spectum*

& novissimum virorum, virum dolorum, & scientiæ
 infirmitatem; & quasi absconditus vultus eius &
 despectus; vnde nec reputavimus eum. Vere languo-
 res nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.
 Et per Regium Prophetam ipse ita de se lo-
 quitur: Ego sum vermis & non homo, opprobrium
 hominum, & abiectio plebis. De interno tamen
 homine idem Propheta testatur, speciosum
 esse forma præ filiis hominum. Et in canticis spō-
 sa ita ipsi gratulatur, & tu pulcher es dilectæ mi,
 & decorus. Dilectus meus candidus & rubicundus,
 electus ex millibus: caput eius aurum optimum: de-
 nique depingit illum à capite ad calcem, sum-
 mis perfectionibus exornatum. Et quamvis
 omnia ad internum hominem peruneant:
 insinuat tamen singularem etiam corporis
 compositionem, proportionem, sanitatem,
 & omnium partium excellentiam, sic vt &
 in sensibus, in ore, in vultu, in gestibus ipsa
 interna perfectio eluceret, meritoque dici
 possit de eo, sive quoad corpus, sive quoad
 animam, esse speciosum forma præ filiis homi-
 num.

Psal. 27.

7.

Psal. 44.

3.

Cant. 1.

15.

Cant. 5.

10.

Psal. 44.

3.

Quid de concentu virtutum eius efferam?
 quid de animæ ornamentis? quæ omnia in
 vita ac moribus, tamquam gemmæ lucent,
 & admiranda apparent oculis meditantium,
 rapiuntque cōtemplantium animos, in sum-
 mam admirationem.

Excessus
mentis

6. Ex harum rerum vehementi apprehē-
 sione varij gra-
 dus.

D d

fione dus.

sione, addito caelesti lumine, & ardenti cō-
 tēplantis amore, nascitur mentis excessus; qui
 quidem varijs gradibus distinguitur. Primus
 est quo ij perfruuntur, qui abundantia ce-
 lestis luminis, & teneritudine cordis affecti,
 eximia voluptate perfunduntur, divina ma-
 iestatis tamquam præsens fructu ac possessi-
 one; legem tamen ordinariam non excedūt.

Phil. 4.7 De hac loquitur Apostolus: *& pax Dei, qua
 exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, &
 intelligentias vestras.* Alius gradus est eorum,
 qui eleuantur à Deo præbente species, sed e
 corporibus eductas: vt cum Ioannes vidit a-
 gnum stantem tanquam occisum; equos al-
 bos & nigros. Hoc subinde contingit in som-
 nis: vt quando Pharao vidit septem boves,
 & septem spicas. Subinde etiam vigilanti
 accidit: vt cum Ezechiel quatuor animalia
 plurimis faciebus atque oculis distincta con-
 pexit. Alij rapiuntur à sensibus, & tunc cele-
 sat phantasmatum vsus, & in eorum locum
 sufficiuntur species intellectuales, cœlitus im-
 missæ. Raptus ille supra animam fieri dicitur

Thren. 3. vt est apud Ieremiam. *Sedebit solitarius & re-
 cedit, & levabit se super se;* manet tamen ani-
 mus in corpore, sed sensibus non vitur: tales
 accessus experta est frequentius Catharina
 Senensis, præsertim sacra communione re-
 secta. Alia extasis est qua homo extra se ca-
 pitur. De qua Sanctus Paulus de se loquens

NVI

276

scio (inquit) hominem in Christo ante annos qui-
tuordecim. sive in corpore, sive extra corpus nescio,
Deus sit, rapum huiusmodi, vsque ad tertium calū.
Subinde rapus iste diuturnior est. Ut con-
tingit Beato Ignatio per dies octo continuos.
Aliquando momentaneus instar fulguris
tanta vero mysteria, hoc exiguo tempore,
subministrat ac suppeditat bonus Dominus,
vt multorum annorum studium brevissi-
mo spatio æquare, atque adeo superare vi-
deatur.

7. Hocce gradus omnes, Richardus à Sanc-
to Victore ad tres reducit. *Mentis dilata-
tio inquit, est quando animi acies latius expanditur; &
vehementius acuitur, modum tamen humana indus-
tria nullatenus supergreditur. Mentis sublevatio est,
quando intelligentia vivacitas divinitus irradiata,
humana industria metas transcendit, nec tamen in
mentis alienationem transit; ita vt & super se sit,
quod videat; & tamen ab assuetis penitus non rece-
dat. Mentis alienatio est, quando presentium me-
moria menti excidit; & in peregrinum quendam
humana industria inimum animi statum, divina ope-
rationis transfiguratione transit. Hos tres contem-
plationis modos experiuntur, qui ad summam huius-
modi gratia arcem sublevari merentur. Hæc Ri-
chardus.*

*Lib. 5. de
contem-
platione
P. 1. 6. 2.*

D d 2

TEX

TEXTVS VIGESIMVS.

In conspectu filiorum Israël.

De zelo animarum & humilitate seruandâ.

Contem- 8. **D**Vo hic occurrunt in vertice adeo
platio mi
nor beati rum. Quantumcumque profecerit quispiam
tudine. in contemplationis perfectione, omnem ta-
men illius consummationem imperfectam
esse, si cum ea, quæ in cælis nobis continget,
conferatur. Testatur is qui etsi raptus ad terri-
um calum, audivit arcana verba, quæ non licet ho-
mini loqui; tamen ex parte (ait) cognoscimus;
ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod
perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Videt
9, 12. mus nunc per speculum, & in ænigmatibus; tunc autem
facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc
autem cognoscam, sicut & cognitus sum.

Contem 9. Alterum est ut memores simus, humi-
platio re
bet in ze modi gratiarum communicationem, quæ ex
lum ani- cōsortio divino tribuuntur, & referri in pro-
marum. suo tempore, alijs liberaliter impertiri debe-
re, quæ à Deo tam profusa largitate gratis re-
ceperit. Et hoc ipsum textus noster indicat,
cum ait, speciem gloriæ Domini fuisse in igne
ignis, in conspectu filiorum Israël. Ideo nō
ges

NVI
276

que lucere debet lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in caelis est. Si enim Christus, qui ab aeterno in sinu patris residens, omnem gloriam, qua beati perfruuntur, cum misero hominum statu commutare dedignatus non fuerit; & eo maximè fine, ut quæ ex eodem sinu hausisset, ea mortalibus communicaret, Quid mirum si qui non à natura, sed à Dei benignitate adeo præclarum munus accipiunt, ut ad tantæ Maiestatis familiaritatem admittantur; illi deinde non nihil descendant ad alios iacentes, aut minus erectos elevandos, & reducendos, suoque Creatori restituendos. Nos nobis nati non sumus, sed Deo & reipublicæ. Ita enim ratiocinatur Sanctus Gregorius Cùm proximorum, inquit, causis exterioribus; qui aptè deserviant desunt, debent hi quoque, qui spiritualibus donis pleni sunt, eorum infirmitatibus condescendere, terrenisque illorum necessitatibus, in quantum decenter valeant, charitatis condescensione servire; nec tædere animum debet, si sensus eius contemplationi spiritualium supereminens, aliquando dispensandis rebus minimis, quasi minoratus inflectitur; quando illud verbum, per quod constat omnis creatura, ut prodesset hominibus assumpta humanitate voluit paulò minus ab angelis minorari. Hæc Gregorius. Quare D. Bernardus ijs qui à suavis illis Dei complexibus agrè se avelli patiuntur exponens,

Matth. 5.
16.

Sib. 19.
mor. cap.
22.

D d 3 quo

quodnam sit verum officium cōtemplationis ita ait. Hoc vera & casta cōtemplatio habet, vt mentem, quam divino igne vehementer accendit, tanto interdum repleat zelo & desiderio acquirendi Deo, qui eum similiter diligit; vt orium cōtemplationis, pro studio prædicationis lubentissime intermittat & rursus postea votis, aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in idipsum, quam si fructuosius intermisisset meminert. Hæc Bernardus. Quod dicit de prædicationis officio, de præstâdis officijs caritatis, vbi de gloria Dei, & consolatione fratrum nostrorū agitur, statuendum est. Facile enim est cum Maria Magdalena otari ad pedes Salvatoris, sed

Luc. 10.
40.

Martha reclamationem: Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare, dic ergo vt me adiuuet.

10. Adde & tertium: meminert qui ad tantam celsitudinē extollitur, se esse mortale, peccatore, mutabilem; de cælo cecidisse Luciferū,

Ad humilitatem de paradiso excidisse primum hominē, Deo conservā manibus creatum, vniuersi parentem, sumdam & mis gratiæ præsidij munitum. Cognoscenda. donum istud intimi cum Deo consortij omnino esse celeste; beneficiumque à Deo singulare. Caveat etiam atq; etiā ne extollatur sicut potens in potentia sua: sed & cum obtulerit humiliter gratias agat, & cum obtraxerit, patienter ferat, notisq;

Psal. 17.
29.

Domine retraxerit, patienter ferat, notisq; dicere, Deus meus illumina tenebras meas. Omnia

22.

NVI
276

enim qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.

SECTIO SECVNDA.

De delectatione quarto actu fructuque contemplationis.

I. **A**ctus quartus contemplationis est incredibilis fructus, & delectatio, *Fructus cont m- plat onis* quæ ex Dei presentia, colloquio, luminibus, *1.* auxilijs, communicatione secretorum, virtutū incremento percipiuntur. Magna hæc sunt, & nescio an maiora in hac peregrinatione excogiari possint: letantur homines parvo accepto beneficio: efferuntur letitia si thesaurum inveniunt, si verbū gratum a Rege accipiant si promissum beneficium audiant; imò si ad eius colloquium admittantur. Quid de regibus loquimur? Plusquam Salomon hic est Rex Regum, Dominus Dominantium, qui in manu orbem gestat, & cuius comparatione imitar pulvisculi omnia reputantur, & huic liceat colloqui, cor manifestare, audire & reddere voces. Hic fileat omnis eloquentia, calamus omnis stupeat, lingua hareat, & omnis sapientia humana tanto fulgore se palpi an lo submittat. *Psal. 115 12.* Quid retribuam Domino, ait propheta, pro omnibus qua retribuit mihi. Multa & excelsa fecit tibi o Rex David; sed illud summum quòd te frequentissimè in cōsortium familiaritatis & deliciarum suarum

D d 4 ad-

Can. 8.7 admittat. Si dederit homo omnem substantiam de-
 mus sua pro dilectione, & retributione, quasi nihil
 Luc. 1. Deus despiciet eam. Fecit Dominus servis suis
 49. magna qui patens est, & sanctum nomen eius. Qua-
 re idem rex merito exclamat. Quam magna
 Psal. 30. multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti
 30. timentibus te. Persecisti eis qui sperant in te, in con-
 spectu filiorum hominum. Abscondisti eos in abs-
 condito faciei tuae, à conturbatione hominum. Pro-
 teges eos in tabernaculo tuo, à contradictione lin-
 guarum. Quid maius, maioriq[ue] consolatione
 dignum recenseri potest? Oculo Dei teguntur
 isti, ut nemo qui noceat aut turbet, appro-
 pinquare possit. Si quis eminus telo petere
 velit; si quis lingua venenata perfodere, nec
 id illi integrum relinquitur: nam absconditi
 sunt in tabernaculo Regis. Circa quod multi
 praesidiarij astant, & accedentes arcent, atque
 in fugam convertunt.

Latitia 2. Hæc animi lætitia oritur primùm ex bo-
 ni presentis nonnulla possessione; quod bo-
 nis Orig. num, cum Deus sit, sequitur summum esse,
 1. & summum gaudium adferre solere. Et cen-
 setur presens esse supra modum ordinarium,
 tum quia maiores effectus presentie suae tali
 animæ indicat; tum quia lumina, solatia, se-
 sus amoris eximij, quæ omnia à nulla crea-
 tura produci possunt, satis arguunt dignum
 Dei hic esse; tum quia mens pura, & ab om-
 ni peccati labe purgata, seipsa fruitur ac vti-

NVI
 276

car in honorem diuine maiestatis. Denique qui sic afficitur, inania sperat, & expectat de manu tam liberalis ac benigni Domini, atque in eius obsequio, & vivere, & emori, statuitque id ipsum firmiter, & confidit.

3. Ex hoc sequuntur gaudiorum excessus quidam; atque inprimis iubilus mentis. Qui enim hausto copiose vino imbutus, & leti sunt, & in voces lætitię profiliunt, totique sese effundunt. Ita & qui nectar istud hauserunt, corde lætitię gestiente in hymnos & cantica prorumpunt, & toto animo in laudes diuinas sese effundunt.

4. Alius excessus, ebrietas spiritualis vocatur: estque experientia voluptatis internę, maior quam cor hominis, aut appetitus capere possit. Vt eum ebrium dicimus, qui plus vini accepit, quam vt ferat eius natura, vsusque rationis. Eum quoque ebrium dicimus ac musto diuino plenum, qui maiori copia nectar istud celeste potavit, quam vt natura capere possit. Generat verò hæc sancta ebrietas hos effectus; atque inprimis ad cantica, diuinaque laudes referendas pium animum incitat, lacrymarum fontes profluentes ciet. Subinde hominem ad edendos motus externos inconditos impellit. Hunc Beatus Franciscus diuinas laudes decantans labia lingebat, quasi ex ore mel exprimeret, quod rursus resorberet. Saltant alij, plauduntque ma-

nibus, ingenti clamore testantes voluptatem.

Lib. conf. Ita Beatus Augustinus post conversionem & baptismum suum, ebrius gratia ista dum interpretaretur psalmum quartum *Cum invocarem exaudivisti me*, mirum in modum hanc

Psal. 41. letitiam testabatur. Et si potuisset, uti voce, quæ per univrsium orbem exaudita fuisset, exclamasset, *filij hominum vsquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium.* Nonnulli vagantur palabundi nescientes quid agant. Quod Beato Francisco Xaverio

In eius vita. accidisse testatur Horatius Turcellinus. Alij his delicijs interne occupati obmutescunt, miranturque ac stupent hominum dementiam qui cum hisce delicijs pasci possent, porcorum filiquas admodum studiose conquirant, &

Thren 4. qui nati in croceis, amplectantur stercora. Operant quoque omnium hominum conversionem, & cur ij ad cor non redeant & mirantur, & queruntur. Denique adeo excrevit huiusmodi voluptas, ut cor findi non raro videatur; homoque plane deficeret, nisi & illa gratia, quæ illum gaudio perfundit, eadem tueretur, ac fulciret. Hinc vox illa in canticis.

Can. 2. 5. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

5. Ebrij post varias lætitiæ gesticulationes in somnum declinant, & ebrij nostri, sedato illo fervoris impetu, in Deo toti conquiescunt, & eo prolixè fruuntur. Hinc sponsus

NVI

426

in canticis. *Adiuvo vos filia Ierusalem per capreas
 cervosque camporum, ne suscitatis, neque evigilare
 faciatis dilectam donec ipsa velit. Filie Ierusalem
 animæ piæ sunt. Capree cervique camporū
 sunt sancti eminentes sanctitate, qui relicto
 hominum consortio deserta petunt, montes
 conscendunt, & potius in cælis animo, quàm
 in terris conversantur. Cornua gerunt in
 capite, virtutes nempe Cardinales & præci-
 pue fortitudinem, quibus se contra omnes
 adversarios tueantur; hi, sponsæ seu piarum
 mentium curam gerunt, & eis præcipitur ne
 impediant sponsam in Deo quiescentem,
 quamdiu ipsa velit. Sponsa verò perfruens
 hoc beneficio, ait, *Ego dormio, & cor meum vi-
 gilat. Ex quibus colligimus contemplationē
 nomine somni insigniri. Quod Beatus Gre-
 gorius testatur. Sciendum est, ait, quia in scrip-
 tura sacra somnus figuratè postus tribus modis ac-
 cipitur. Aliquando enim somno mors carnis, ali-
 quando torpor negligentia, aliquando verò expri-
 mitur calcaris terrenis desiderijs quies vite, sicut
 sponsa in canticis canticorum dicitur. Ego dormio
 & cor meum vigilat quia videlicet sancta mens,
 quò se à strepitu temporalis concupiscentiæ compri-
 mit, eò verius interna cognoscit; & tantò alacrius
 ad intima vigilat, quantò se ab exteriori inquietu-
 dine occultat. Quod benè per Iacob in itinere dor-
 mientem figuratur, qui ad caput lapidem posuit &
 obdormiuit, à terra scalam calo inharrentem, in-
 nixum**

CAN. 2. 7.

CAN. 5. 2.

Lib. 5.

moral.

cap. 22.

nixum

nixum scilicet, ascendentes quoque & descendentes Angelos vidit. In itinere quippe dormire, est in hoc vita presentis transitu, a rerum temporalium amore quiescere. Angelos vero ascendentes cernere, est civis supernae patriae contemplari. Hæc Gregorius.

TEXTVS VIGESIMVS PRIMVS

*Ingressusque Moyses medium nebula ascendit
in montem.*

2. **E**iusdem repetitio hic est. Nam verba ista duplici de causa ponuntur, primum quia nondum erat dictum Moysen ad montem pervenisse: deinde dicendum erat, ipsum quadraginta diebus & noctibus, in eo perseverasse. De ingressu in nebula dixerat. Illud de appulsu ad montem, interiecta parenthesis à textus cōtinatione, avulserat: montis ergo mentione facta apposite addit. *Et facti ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.*

SECTIO SECVNDA.

De alijs contemplationis fructibus.

2. **E**Xintima illa vñione cum Deo, qui voluntatis suę indicia, servis suis
non

NVI

226

non obscure insinuare solet: oritur incredi-
bile desiderium adducendi homines ad suum
Conditorum, Deoque peccatores reconcili-
andi; iustos arctius adiungendi. Nihil enim
Deo charius, nihil pretiosius hominibus;
quos tanti fecit, vt sese hominibus totum qua-
tus est, dederit, & infinita incommoda, acer-
bitates, ignominias, mortem denique infamem
sustinuerit. Cum ergo is tantas consolationes,
tamque singularia dona continuo percipit,
advertit voluntatis diuine esse, vt proximorum
salus procuretur, remque summam esse, summi-
que pretij salutem animarum, eamque summo-
perè Creatori placere; non potest ei non enas-
ci singularis zelus, quo & in proximorum
amorem feratur, eximia quadam animi propen-
sione, seque ipsum lubenter impendat, & san-
guinem profundat, vt tanti Domini voluntati
respondeat.

3. Id efficit quoque frequens cum Deo con-
gressus, vt omnem rerum terrenarum amo-
rem exterminet, & omnes affectus in Deum
transferat. Nam cum Deus se ad eum famili-
arem ostendat homini, solus amari vult, ne-
minem amoris huius consortem admittit.
Longè minus res caducas & inanes. Nec de-
cet Dei domesticum, cum hisce vestibus, à
mundo mutuatis, in triclinium summi Do-
mini penetrare, ne ei dicatur. *Amice quomodo* *Matt. 23*
huc intraſti non habens vestem nuptialem? Vestes 12.

enim

*Fruſtus
extremis
contem-
plationis*

*1.
Zelus a-
nimarum*

2.

*Externam
nat rerum
terrenarum
amorem*

enim sunt affectus & amor rerum; qui hominem involvunt & obligant undique, ne manibus, & pedibus Domino suo supremo obsequi possit. Quia ergo fronte compareat famulus manicis & compedibus revinctus, alioque vestitu indutus quam deceat civem sanctorum & domesticum Dei coram summi regis throno, & Angelorum conspectu?

3.
*Passiones
 animi eli-
 minat.*

4. Ob eandem causam necessario exuere debet Dei amicus familiaris, omnes animi perturbationes, voluntates, desideria inania, iudicium proprium, concupiscentiam denique cum veteris hominis corpore inverso; eumque Apostoli salutari consilio acquiescere decet dicentis, *renovamini spiritus mentis vestrae, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, Expoliamus vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes novum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creavit illum.* Dedeceat, inquam, barbaram vestem coram curia celesti deferre, & in ea gloriarī. Accedit, quod huiusmodi perturbationes, non tantum dedeçant, sed plane impediunt accessum ad divinum numen, & eas odit Deus tanquam origines peccatorum, quaeque hominem plane a Deo avocent, eiusque sanctissimae voluntati e diametro repugnent. Vult enim piissimus omnium parens, omnes quoque salvos fieri: Haec volunt omnes damnari, & ad bars-

I. Timo.

3. 4.

NVI

416

Barathrum pertrahunt. Denique in pace factus *psal. 75.*
 est locus eius; illæ perturbant pacem, & quan- *3.*
 tum in se est, Deum à nobis avertunt, ac cor
 nostrum locum minus idoneum ad divinam
 bonitatem suscipiendam reddunt. Si enim
 Deum in nobis vivere velimus, mori ne-
 cesse est, quidquid vitæ spiritus repugnat.
 Traditus est Christus propter delicta nostra, & *Rom. 8.*
 resurrexit propter iustificationem nostram. Morian- *25.*
 tur ergo delicta nostra & iustitiæ vita locum
 in nobis inveniet. Hinc B. Bernardus. Exce-
 dente anima, ait, etsi non vita, certè vita sensu; *Serm. 57.*
 necesse est etiam, vt nec vita tentatio sentiatur.
 Quis dabit mihi pennas, sicut columba & volabo &
 requiescam? Utinam hac morte ego frequenter ca-
 dam, vt evadam laqueos mortis, vt non sentiam vi-
 ta luxuriantis mortifera blandimenta; vt non obstu-
 pescam ad sensum libidinis, ad astum avaritiæ; ad
 iracundia & impatientia stimulos, ad angores sol-
 citudinum, & molestias curarum. Moriatur anima
 mea morte iustorum, vt nulla illa fraus illaqueet, &
 nulla oblectet iniquitas. Bona mors qua vitam non
 auferi sed transfert in melius. Vult ergo Ber-
 nardus nos acriter insistere mortificationi,
 quia dum vixerint in nobis passiones, Deus *4.*
 nobiscum familiariter vivere recusabit. *Fructus*

5. Vltimus contemplationis fructus am- *Compe-*
 plissimus est. Est enim via compendiosa, diuina per- *fectionis*
 qua facillimè perfectionem assequamur. *sectionis*
 Qui enim Deo peramanter colloquitur, eius assequen-
 au- da.

aurem habet apertam ac benignam, per quam quidquid velit potest obtinere. Et sane si anima Dei sponsa & dicitur, & sit: quid ei in thalamo a sponso recusari poterit? Adde virtutum omnium in contemplatione usum esse perpetuum, auxilia maxima: stimulari, item increpari, reprehendi que hominem, si proficere, desinat: mirum perfectionis in Deo exemplar contineri: & videri ea pulchritudinis specie moveri, incitari, urgeri ad imitationem; displiciturum summo Numini, si quis aliter se gerat, si parentis similitudinem non emuletur. Huc facit quod diximus hominem ex sui desiderijs & affectibus seculi, animi perturbationibus, vitiorum odio inflammari, que vitia ac defectus cum absunt: quid superest animæ, nisi ut tota feratur in amorem virtutis, & sui Conditoris? Hoc argumentum præclare à Beato Gregorio tractatur.

Lib. 2. in Qui sunt (ait) in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus anima per amorem, sponso in-
Ezechi. visibili iunguntur, ut eius desiderio mens ardeat, nulla iam que in mundo sunt concupiscat; presentis vitæ longitudinem, pœnam repetens exire festinet & amoris amplexu in celestis spon-
hom. 15. visione requiescere. mens itaque que iam talis est, nullam presentis seculi consolationem recipit, sed ad illam quam diligit medullitus suspirat, fervet, anhelat, anxiatur, vilis fit ipsa salus sui corporis: quia transfixa est vulnere amoris. Unde & in can-
Cant. 5.

Et dicitur; vulnerata caritate ego sum.

Cant. 5

TEXTVS VIGESIMVS SE-
CVNDVS.

Et fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

De mora in oratione tenenda, & eius causis.

1. **M**odus loquendi scripturæ est, & *Quid di-*
maxime apud Hebræos. Nam di- *es 40,*
es naturalis tempus lucis & noctis continet.
Nihilominus cum dicimus aliquid factum
die aliquo, ei qui fecit præsupponimus, quie-
tū tēpus non fuisse negatum. Ut qui negotia
gerunt in curiā, vesperi domum redeunt, in
cubiculum, lectumque se recipiunt, & quie-
tis elapso tempore rursus exurgunt & ne-
gotia resumunt.

2. Tu verò Moyses dic nobis, quod tibi di- *Cur tam*
versorium in monte, quò te post diei imo *diu Moy-*
quadraginta dierum labores singulos exant- *ses in mō*
latos recipiebas? Quod tibi cubile capiēdo *te hæs-*
somnia? Ex qua montis Sinai parte? Quis ti- *rit,*
bi mensam parabat? Et quibus dapibus refi-
ciebare? Quinam tibi administri? Qui men-
sa tuæ convictores ac convivæ? Sane ieiuna-
vit quadraginta diebus & quadraginta noc-
tus Moyses; nam & Elias idem exercuit;

postmodum Christus sacravit, omnium rex atque

Ee

fac-

factor temporum. Nos dies negotijs impendimus; orationi verò ac contemplationi, vix quidem, momenta tribuimus. *Moyſes ſuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus: à colloquijs divinis non ceſſavit: nunquam mentem relaxavit: niſquam omnium dierum quadraginta, vel parte minima fatigatum ſenſit: nimirum breves epularum ac recreationum ſunt horæ, & velut momenta eſſuunt ac dilabuntur. Labor non eſt, vbi amor dominatur; abeſt fatigatio ac tadium, vbi ſuavitas & voluptas. Breve tempus reputatur, cum æterna, & cum æterno Deo, tractantur negotia, ac tranſiguntur.*

3. Sed quamam illic *Moyſes pertractabas? Quamam tanta Deo tecum negotia, vt vel tu illum vel ipſe te quadraginta dierum ſpatio detineat; diei noctem iungas, & dies noctibus? Verum cum magnis, magna, eaque diu ſolideque tractantur; & quia magna ſunt, in exiguo ſpatio cuduntur, & reciduntur. In aulaſ principum res parvæ annos integros homines, & quidem benè occupatos detinent. Quæcumque cum Deo peraguntur, magna, excelsa, ſumma aſtimanda ſunt; quia & ipſe magnus, excelsus, & ſummus eſt; & quæ ad eum pertinent, talia, etiam ſi à nobis exigua reputentur, aſtimare convenit. Accidit *Moyſi multa in monte communicata fuiſſe, partim quæ ad gubernationem populi Iſraeliticis ſpec-**

NVI

226

tabant, queque futurorum figura existebant; partim quæ de venturo Messia prænuntiavit; ut omnia faceret secundum exemplar, quod ei in monte monstratum erat. Infinita sunt verò quæ ad regimen populi, ceremonias, tabernaculi & omnium quæ in eo continentur structurâ spectabant; nempe omnia quæ in exodo, Deteronomio, in libris sequentibus Moyfis & longè plura, quæ post Moyfis mortem contigerunt. Hæc aut similia vt summi momenti detinuerunt Moysem, cum Domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

SECTIO SECVNDA.

De significatione quadraginta dierum, quibus Moy- ses cibo caruit.

I. **D**Vo tota hac celebri figura obser- vari hætenus potuerunt. Vnum, quanta sit dignitas, atque eminentia orationis, cum eximia utilitate coniuncta: alterum, eidem orationi annexum esse oportere inseparabiliter, ieiunium nempe, aut certè sobrietatis laudem singularem. Quâ de re initio vt cumque tractavimus. Hic verò quia Moy- ses, quadraginta diebus cum Deo in otio admodum negotioso versatus est, totidem sanè ieiunavit, atque adeo vt ne guttam quidem aquæ delibavit; quo quisque intelligat, abstinentiam, ita cõiunctam esse debere ora-

Duo nota
tari hoc
tractatu,
Oratio-
nis digni-
tatem.
Comitè
orationis
abstinentiam.

E c a

tioni

tionem, ut hæc, ab illa separari nullo modo possit. Cumque Ecclesia tempus nobis opportunum semel in anno prescribat; cum seipso orandi ac cum Deo res salutis nostræ pertractandi; ac dominica mysteria commentandi; tum certe etiam eadem totidem diebus ieiunij obligationem inducit. Unde opportunè hæc nostra figura, epistolæ loco, prima celebrioris inedia septimana, sacro decantatur. Ut sicut Moyses quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ab omni cibo abstinuit; ita & nos, non quidem sine omni alimento, sed sine delicatioribus epulis, carnibus nempe, & quæ ab illis proveniunt, una refectione contenti, idem tempus quadraginta dierum decurramus. Est enim ieiunium dispositio non vulgaris ad mentis elevationem, quæ in oratione summopere requiritur. Deprimunt certe quam maximè, sublevantem scilicet spiritum, ventris repletio, ac deliciarum copia, citiusque somnum provocat, quàm mentem in superna rapiat ac sustollat.

2 In quo sanctitatem Ecclesiæ catholicæ agnoscimus, quæ hoc sacrosanctum institutum Spiritus sancti lumine atque instinctu, & olim induxit, & observari ad hæc usque tempora severissimè curavit. Nos patrum exempla sequimur; ut filij matris nostræ, parentum vestigia legimus, iamque imitandi Servatoris nostri exempla, tamquam hæredes vitæ

tutæ

uturum eius, in possessionem venimus, eaque
pacifice fruimur.

SECTIO TERTIA.

*Ieiunij solemniss quadraginta dierum, anti-
quitas, & obligatio.*

3. **P**raeter illam modo dictam possessio-
nem, post hominum memoriam
conservatam, veritatem hanc probare statuo
temporum lapsibus iam inde ad tempora A-
postolorum, qui Spiritu S. auctore, verbo, scrip-
tis, exemplo huic sanctissimo instituto iniura
dederunt. In concilio Toletano octavo, ita
severè Patres illi quadragesimam observan-
dam esse decernunt, ut ijs & corporis Domi-
ni communionem in paschate negent, &
toto anno carniurum usum interdiciant, qui abs-
que necessitate quadragesimam violare ausi
sunt; quæ verò talis sit necessitas, non homi-
nes quocumque, sed solos Domini Sacerdo-
tes dijudicare voluerunt.

4. Pergo ulterius. In Concilio Laodiceno *Serm. 9.*
ante annos mille duccenos celebrato, frequen- *de qua-*
tissima mentio est quadragesimæ. Divus Leo *dragesi-*
ut ceteros omittamus sui temporis, quadra- *ma*
gesimæ ieiunium, ab ipsis Apostolis institutum *Epist.*
atque ordinatum fuisse luculenter docet. Be- *119,*
atus Augustinus quadragesimæ observationem
ab ipsis divinis literis, & veteris & novi

EE 3

tes

testamenti desumptam esse demonstrat. Theophilus Alexandrinus. Habemus, inquit, quae Paschal. dragesimam ab Apostolis institutam & ordinatam. D. Ambrosius. Non, inquit, fratres leve peccatum est, fidelibus indictam quadragesimam à Domino, violare, & ieiunia consecrata mentis voracitate dissolvere. Scriptum est. Qui dicit se in Domino manere, debet sicut ipse ambulavit, & ipse ambulare. Ille qui peccatum non habebat quadragesimam ieiunavit: tu non vis quadragesimam ieiunare, qui peccas.

Orat. 2. de ieiun. Ieiunij magni laudes. 5. Excellenter Basiliius, ut solet triumphat in hoc argumento, Est, ait, omni tempore ieiunium utile volentibus ipsum. Neque demonum insultus ieiunantem petere audent; & custodes vitae nostrae angeli lubentius perseverant apud eos, qui animam purgatam habent per ieiunium. Nunc verò (nempe in quadragesima) multò amplius cum in omnem terrarum orbem, eius praconium annuntiat: & neque insula aliqua, neque terra firma, non civitas, non gens, non extremitas est, ad quam praedicatio ipsius non perveniat; sed & exercitus, & viatores, & mercatores omnes equaliter, & praecceptum audiunt, & cum gaudio suscipiunt. Quare neminem se ipsum ex ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, omnis aetas, & omnes dignitatum differentia recensentur. Angeli sunt qui per singulas ecclesias ieiunantes describunt. Hæc Basiliius.

In Epist. 6. Accedamus propius ad tempora Apostolorum. Divus Ignatius, Ioannis Apostoli

discipulus, Philippenses sollicitè monet, vt ieiunium quadragesimæ magni faciant, quando qui quadragesimam ieiunant, non homines, sed Deum ipsum imitentur, qui carnem nostram pro nobis indutus, quadragesimam consecraturus, quadraginta dies, & quadraginta noctes ieiunavit. Denique octavo inter canones ab ipsis Apostolis conditos; qui quadragesimam non ieiunaverint, iubentur, (si clerici sint) deponi; si laici, excommunicari. Itaque non frustra Sacrosancta Mater Ecclesia fidelibus suis, quod ab Apostolis, quod à maioribus accepit, nobis sub gravi interminatione observandum tradit, mandat, iniungit; & vt perpetuo ritu celebretur, pro virili perficit.

Cant. 8.

SECTIO QVARTA.

*Rationes instituti sacrosancti ieiunij dierum 40.
eiusque fructus.*

I. **O** Pinabitur forsan quispiam superstiosum quid, in præciso numero quadragenario contineri; parum item referre; si quis triginta, aut viginti, aut etiam 60. dies ieiunii sacri compleat? Cur etiam continuos quadraginta dies Ecclesia requirat? Cur certo & recurrenti tempore? Cur totius temporis pars in vere, pars in estate, autumno item, & hyeme non compleatur? Ab-

Ee 4

lit

Ieiunij fit, vt ex aliqua superstitione ieiunemus; sed
40. dierū ex Christi imitatione, & Apostolorum tradi-
rationes. tione, quadraginta dierum præcisè ieiunium
 observamus. Sanè rationes huius decreti so-
 lidissimæ adferri possunt. atq; in primis, quia
 præcepta decalogi, quatuor modis violamus,
 ore, opere, cogitatione, omissione: idcirco
 quater decimum numerum diem ieiunando,
 & carnem affligendo, complemus.

2. Accedit nos quadraginta dies ieiunare, vt
 Deo decimas, & primitias totius anni conse-
 cremus. Nam dies triginta septem dierum
 omnium vnius anni (qui trecenti sexaginta
 quinque censentur) sunt decimæ. Addimus
 verò tres dies ad triginta septem, vt non so-
 lum decimas, sed etiam primitias omnium
 rerum auctori deferamus.

Lib. 4 in 3. Postremò ille numerus quadragenarius
Lucam. (vt Beatus Ambrosius auctor est) multis
Numeri modis in sacris litteris est consecratus. *Qua-*
quadra- *draginta diebus pluit super terram in diebus Noe,*
genarij antequam orbis inundaretur. Et nos qua-
significa- *draginta dies ieiunamus, vt in die iudicij dilu-*
tio. *uium ignis evadere, vt cum sanctis gloriosè*
Gen. 7. 4 *ac feliciter innovari possimus. Quadraginta*
Exod. 16 *annis fuit hebræus populus in deserto, & ce-*
 35. *lesti cibo vsus est, antequam in terram pro-*
Psal. 94. *missionis, terram fluentem lac & mel ingrede-*
 retur. Et nos quadraginta diebus à cibis cor-
 poris abstinemus, vt cibo caelesti, & pane
 An

NVI
 446

Angelorum commodius nutriamur, & tandem ad veram terram promissionis perveniamus. *Quadragesima* dies ieiunavit Moyses, ut legē, Dei digito scriptam accipere meretur. Et nos dies totidem ieiunamus, ut eandem legem facilius observemus. *Quadragesima* dies ieiunavit Elias antequam igneo curru raperetur in cælum. Et nos totidem dies ieiunamus, ut igne caritatis succensi, ad regna cælestia evehamur. *Quadragesima* dies ieiunavit Christus antequam se tentandum exponeret diabolo. Et nos totidem dies ieiunamus, ut armis ieiuniorum instructi, diaboli tentationes facilius superemus. *Quadragesima* mensibus Dominus evangelium prædicavit; & *quadragesima* horis iacuit mortuus in sepulchro: & *quadragesima* diebus commoratus est redivivus in terris. Et nos totidem dies ieiunamus, ut Christi Domini evangelium, cum fructu audire, & mundo, vitisq̄ue mori, & Deo soli vivere possimus. Denique secundū legem qui virgis cędendi erant, non amplius quam plagis *quadragesima* affici poterant. Et nos dies *quadragesima* ieiunamus; quia ieiunium est quasi quædam carnis flagellatio, & numerum *quadragesima* plagarum secundū legem excedere prohibemur.

4. Nec dividi tempus illud sacri ieiunii expedit in quatuor anni partes, ut nimirum *ve*re dies decem, estate totidem; & sic de duabus

E e s exte-

Deut. 9.
9.
3. Reg.
19.8.
Mat. 4.2
Act. 1.35
Deut. 25
Non di-
videndos
40. dies,
in partes
quatuor

ceteris anni partibus, quadraginta tandem dies compleantur. Ieiunium continuandum venit, ut turris carnis nostrae, peccatorum viribus ac praesidio munita, inedia ac fame conficiatur atque expugnetur. Ut enim Reges obsidionem non in varias temporum partes distribuunt, ne obsessi se communiarent, ac ruinas reparent. Ita & nos quater corpus nostrum cum vitiorum omnium praesidio necesse est continenter, ut continua obsidione, ac rerum necessariarum subtractione, ad deditionem compellatur.

*Simile
accom-
modum.*

*Omnibus
simul ie-
iunandū.* S. Sapientissimo deinde consilio definitum est, ut omnes vno tempore ieiunemus, quo commodius civitates sibi de piscibus & oleis prospicerent, hominesque facilius ieiunarent, dum alter alterum ad ieiunandum exemplo suo pertrahit: omnes quoque simul Deum placemus longè efficacius, quam si singuli seorsim diversis temporibus ieiunarem. Sicut enim homines quadraginta, aut centum, pondus ingens facile pertrahunt, quod singuli ne movere quidem poterunt ad eundem modum, Deum facilius ad misericordiam trahimus, si omnes simul quasi vno impetu spiritus & fervoris ieiunemus, oremus, in caelum clamemus, quam si hodie vnus, post mensem alius oraret ac ieiunaret.

*Commo-
ret.*

*ditas tē-
paris.* 6. Adde nullum tempus deligi posse ap-
tius.

NVI

276

is, quàm quod ab Apostolis delectum est. In ætate nempe, dierum prolixitas fastidium gignit: pisces non sunt adeo salubres; ægritudines occurrunt frequentiores. In hyeme ob maximum frigus externum, augetur calor internus stomachi, ac propterea ampliori cibo homines indigent. Eo quoque tempore pisces sunt nimis humidi, nec facile inveniuntur olera, quæ tamen magno vsui esse solent ieiunantibus. In autumno sunt etiam mobi frequentes, ob crebras temporum mutationes. Negotia quoque ac labores hominum, tunc sunt plurima ac maxima propter vindemias, ac ceterorû fructuû collectiones. Itaque nullum tempus ad ieiundum magis aptum quàm ver; præcipuè si veris principium accipiatur, vti nos in quadragesima solemus. Tunc frigore adhuc durante corpora sunt sana, tunc pisces sunt optimi: tunc olera vbique fermè inveniuntur: tunc negotia in agris & vineis sunt paucissima: tunc sanguis & humores crescunt: tunc homines sicut cætera animalia magis ad libidinem concitantur: tunc medicorum omnium sententia evacuatio aliqua, tam pro salute corporum, quàm animarum, necessaria est. nulla verò salubrior, facilior, expeditior, & magis secundum naturam evacuatio reperitur, quàm ea quæ fit per inediam. Ita verè Beatus Hieronymus. *Nos vnam quadragesimam*

ieiunamus tempore nobis congruo, vereque cōhit
Epistola Ecclesia, ieiunium hoc animabus corporibusque
ad Mar- curandis salubriter esse institutum. Denique ij so-
cel. li obligantur ad ieiunium, qui per vires &
Qui ad valetudinem ieiunare possunt: non ij qui ea
ieiunium valetudine sunt, aut sic laborant, vt ieiunium
obligen- sine magno, vel valetudinis, vel rei familia-
eur. ris, vel officij præstandi detrimento ferre nullo-
latenus valent.

Hęc sunt quæ de oratione & ieiunio prove-
 textus figuræ nostrę occasiones præbuerunt, di-
 cenda habui. Deum immortalem rogo atque
 obsecro, gratiam nobis largiatur vt quæ pos-
 teritati mandamus, ea ipsa inprimis experi-
 amur in nobis, demum præstantes ora-

tionis fructus omni conatu in alios
derivare nitamur, ad honorem

& gloriam sanctissimę

Trinitatis Patris, &

Filij, & Spiri-

tus Sancti

rerum

omnium auctoris, cui honor

& gloria per infinita

seculorum sæ-

cula. A-

men.

FINIS.

NVI

446